

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**Danielis Chamieri Delphinatis Panstratiæ Catholicæ, sive  
Controversiarvm De Religione Adversvs Pontificios  
Corpvs.**

Tomis quatuor distributum. : cum indicibvs necessariis.

De Homine Corvpto et Instavrato

**Chamier, Daniel**

**[Frankfurt], 1627**

Liber vigesimusquartus, De satisfactionibus alienis

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-885](http://urn:nbn:de:hbz:468-1-885)

**in** tentiam pronuntiat: quibusq; æquum esset, plus aliquid conferri ab ipso præsente Domino, quam ab eius legatis, ac ministris.

XIV. Atqui rursus hæc ~~et non possunt~~: Comparatur enim absolutio concessa ab ipso Christo, solutionem concessam à Christi ministris. Atqui nos absolutionem ab ipso Christo arcemus. Quid; non meminerunt Sophiste, inde sibi factum controversiae initium, vt dicere, sic Deum culpam remittere, vt non tamen omnem peccatum? Non meminerunt se subiictere, Deum has peccatas, vel saltem harum peccatarum satisfactionem, exigere post eam condonationem? exigere vel in hoc seculo, vel in futuro? Quid igitur diuertunt ad absolutionem concessam ab Apostolis, ab alijs Christi ministris?

XV. Deinde, si æquum fuit amplius concedi ab ipso præsente Christo, quam ab eius ministris, cur per it hæc æquitas in Baptismo? Nisi forte amplior aliqua condonatio est, quam vniuersæ culpæ, omniumq; simul pœnaru: aut hæc non fiat in Baptismo. Rursus, si sic æquum fuit, cur Costeru negavit, Magdalenæ, Publicano, Latroni, Petro, non concessam, absque satisfactione veniam? Denique, nō vident se impingere in id dogma, quo iam pridem nihil certius in Ecclesia, æque per ministros operari Deum in Sacramentis, ac per se ipsum. Nam cæterum sciunt, se pœnitentiam in Sacramentis numerare.

XV.I.Peltanus eos omnes vult considerari, tum primum per fidem, & caritatem insitos, & non vi aliqua Sacramentali, sed absoluta potestate à peccatis absolutos. Dauius, recens vocatos, recens missos in possessionem dominorum, & thesaurorum concessorum, ut in Baptismo.

XVII. De hac solutione audiamus Salmeronius iudicium: *Respondent quidam, illos quibus Christus remisit peccata, satisfactione non indiguisse, quia infideles erant, & nequam Christo insisti, ac proinde tunc primo iustificabantur. Verum, hac parum solida videtur esse solutio: nam illi omnes Iudei erant, ac proinde Circumcisionis Sacramento originis peccatum remissum, & consequenter, iam semel erant iustificati: ut, si ad Sacramentum paenitentie accurrisserint, omnino paenitentia indiguisserent fructibus. Explosa igitur hac soluendi ratione, & qua sequuntur. Non tatisfecit Salmeron Iesuita, Iesuita Peltani solutione, & sperauit Peltanus, sperauit Dauius, nobis satis factum ire: At qui nos altius in rem quem inquirimus, negamus, aliam esse remissionem, atque a liam, sed eandem primum vocatis, & post paenitentibus; eandem in Baptismo, & post Baptismum.*

XVIII. Salmero. Explosa hac soluendi ratione, firma videtur esse responsio: illos à Christo , mediò Sacramenti p̄enitentiae non fuisse iustificatos: quia nec ibi seruata est absolutionis forma, nec etiam exhibita confessio peccatorum debita materia. Adde quod Christus , dum vixit , ne-  
dum Sacramentum Confessionis instituerat , quod ex primo die resurrec-  
tionis induxit. Quare non erat, quod villam tunc exigeret satisfactionem.  
Eratigitur solutio Sacramentis nequaquam alligata, quam Dominus , Sa-  
cramentorum institutor, ex priuilegio illis paucis concessio , potestate excellen-  
tia conferre voluit: quod nec ad Sacramentum p̄enitentiae, nec in conse-  
quentiam trahendum est.

XIX. Non erat Sacramentis alligata. Concedo inquam. Sed quid? quod alligatum Sacramentis solutionem concedunt nullam exigere satis-

FINIS LIBRI VIGESIMI TERTII.

LIBER VIGESIMVS QVARTVS,  
*de*  
SATISFACTIONIBVS ALIENIS.

## Caput Primum.

DE SATISFACTIONIBVS ALIENIS IN GENERE, TVM DE PRIVATIS.

**D**E proprijs satisfactionibus, quid sentiēdum sit re-  
nemus. Nunc in orbem veniunt alienæ. Fuerunt e-  
nīm Papistæ ingenij tam fœundi; vt non suis tan-  
tum quemq; peccat s satisfacere: sed posse dispu-  
tarint aliunde satisfactiones emendicare nō suas.  
Miri homines: qui neque i bi suæ salutis nullam  
laudem esse voluerint: neq; se ipsis si quando co-  
guntur discedere, contenti esse potuerint vno Chri-  
sto. Nam, yf sibi non penitus renuntiarent, excu-  
fare poterat innatus cuique nimius sui amor: sed,  
vt non maluerint sibi renuntiantes, ad Christum recta i e, quam ad alios di-  
uertere, & quidem quum se iactarent à Christo redemptos, monstri simile.

II. Disputarunt olim , Augustinus Triumphus Anconit. de potestate Ec-  
clesiast. q.29. & quinque seqq. Ioan. Gerson, tom. 2. tractat. de Indulgencij: Angelus de Clauasio, in summa, verbo , Indulgencia: Supplementum Tho-  
mae, q.25.26.27. Ioan. de Turrecremata in Gratianum, de penitentia, c. Quis  
aliquando vidit. Item, plurimi Scholastici in 20. distinct. 4. sentent. ex qrib.  
nibz lecti, Petrus de Palude, Adrianus Florentius , Durandus de Sancto Por-  
tiano: sed & Riel in 19. 419.

III. Nostro seculo: Ioannes Fischerus Roffensis, ad arric. Lutheri 17. & quatuor seqq. Latomus contra Lutherum, artic. 7. Thomas de Vio Caetanus, opuscul. tom. i. tract. 8. 9. 10. 15. 16. & 31. respons. 4. Eckius in Enchiridio, & disp. Lipsica cum Lutherbo. Bunderius, compendij tit. 17. Klingius, Locorum lib. 3. c. 14. Alphonsus de Castro aduersus haereses, lib. 8. Cunerus Petri, de Indulgencij. Petrus Auratus, paradox. 41. Polygratus, in assertoribus quorundam Ecclesiae dogmatum. Panigarolla, Lectionis 11. p. 2. Lindanus, Panopliae libr. 4. capit. 73. Dominicus à Soto, de natura & gratia libr. 3. c. 6. conclusione 4. Thomas Bozjus, libr. 16. capit. 7. de signis Ecclesiae. Lazarus Zecchius, de Indulgencij. & Jubilao. Franciscus Turianus, in cap.

13. Constitutionum Clementis. Robertus Bellarminus, de Indulgencij,  
& Iub.lao libris duobus. Gregorius de Valencia, libro vnico, de Indul-  
gentijs, quem totum transtulit in Commentaria Theologica in Tho-  
mam, 4. tomo, quæst. 20. Franciscus Costerus, Enchiridij cap. 12. Pel-  
tanus de Saris & onibus, sectione 9. Lorichius in Fortalito. Guillelmus  
Bailius, in Catechismo Controversiarum, p. 3. q. 13. tract. 3. Petrus Cotonus,  
Institutionis Catholicæ li. 4 c. 3.

1 V. *Contra Papistas.* Lutherus in Articulis, & disputatione Lipsica. Calvinius, Institutionis libr. 3. cap. 5. Chemnitius, 4. parte examinis Tridentini. Marthaus Sutliuus, de Indulgentijs, & Iubilæo contra Belatmirum. De Beatus in Euangelio Romano. Petrus Molinæus, in augmento aquarum Siloe. Andreas Riuetus, in summa contiouersiatum, tract. 3. ju. 13.

V. Multi esse videbantur Papista in deterrendis à peccato conscientijs : quum & culpam exaggerarent , & p̄sonam æternani inculcarent : & tempoream vindictam librarent: vnde poterat magnum odium, ingens generati detestatio. Nec inutiles videri poterant satisfactio.num propriarum laruæ: vt s̄pē solēt etiam ex fallo positō sequi verum. Sed quæ nunc in manibus est disputatio aperte démonstrat, non fuisse in eo studio serios : quum, inquam, disputant, non tantum a seipso posse quemque Deo satisfacere : & satisfacere ijs minutis quas vidimus : sed etiam si non iplos, at per alios, quum viuos, tum mortuos. Nam prefecto, qui remedia tam levia, tam facilitia, tam obvia, peruersant, vix est ut morbi terrorem non valde minuat, non tollat omnino, & contemptum induat.

V. Panigarolla, *Quæ sit amē est, an iustificatiōis homō alia ratione pene certato tempore definita, quam retinet Deus; satisfacere possit, quam si aliquam personam in se suscipiat: Et responsum est posse alio item modo. Itaq; dicitur, Deum liberalissimum, atq; iustissimum, non solum habere satisfactionis loco opera, quæ*

nos ipse non facimus: sed alii faciunt pro nobis. Perinde atque si rex perduellum, quem semper excusare iussere, a perpetuo exilio renocarit, & relegari ad prae-sinitum tempus: deinde, permittat etiam perduellum amicum relegationis illius & incommodum & molestiam pro ipso re subire: & elapsore tempore non minus perduelli patet aditus in patriam, quam si ipse relegationis paenam peperisset. Sed habet Deus, si vult, qui iam ad latus applicuit, quo in oppidum ingredia-tur, vel ipse, vel alius pro ipso vestigia soluat. Et sit haec firma conclusio, opera alterius dum viuimus, nobis prodeesse posse. Admodum perspicue: atq; inde ratio manifesta imposita a menomini, satisfactionis alienae: quandoquidem ab alio praestatur, alii profitid est, neq; eius a quo praestatur, satisfactione sit: neq; eius opus, pro quo satisfacit.

VII. Sed hoc ipsum fide dupliciter: unde mihi rursus distinctione, satisfactionis alienae in priuatam & publicam. Priuatam dico, quae fit priuata me-tu satisfactionis: & vt loquitur Panigarolla, que nobis ab ipsis operantibus applicetur: sic, puto, ut Marci 7. Si dixerit quippe patri vel matre, Corban (id est munus) quodcumque ex me erit, sibi proderit: unq; quod nondum, vt videtur nata erat subtilis illa culpam, paenarumque distractio. Sunt autem opera paenalia, quae sic suscipiuntur a quopiam, nec pro se: sed pro aliis: istis tamen non incertis, sed determinate his illis: puta pater filio: filius patre: amicus amico. Petrus Ioanne.

VIII. Vnde confraternitatum origo, & usus frequens: quae societas sunt hominum, ea spe concurrentium in unam communitatem, vt a-liorum opera alijs profint. Sic Yeo Carnotensis, teste Gregorio de Valentia, Adeleidae, sive Adella comitissae concessit participationem suffragiorum ordinis regularis B. Ioannis Baptiste a se instituti. Anselmus eidem sui ordinis participationem: & sui etiam quidam Abbas Cisterciensis, Regi Galliae. In bulla indulgentiarum concessa monasterio Sancti Sebastiani ad Catacumbas, quae apud me est, conclusio haec est. Nos, autoritate nobis concessa, facimus eos particeps & consortes in omnibus missis, matutinis, vigiliis orationibus, ieiuniis, eleemosynis, & aliis quibus cunque bonis, qua sunt, & fiunt in dicta Ecclesia sive Monasterio, ac in toto ordine, tam in vita, quam post mortem. In alia, concessa hospitali S. Spiritus in Saxia; que item apud me est: Participesque erunt in bus, & trigesies millibus missis, & totidem Psalteri, & generaliter in omnibus bonis qua sunt, & fiunt in toto ordine in perpetuum.

X. De his Iohannes de Turrecremata, art. 2. concl. 1. Unus pro alio satisfacere potest: sive, unus paenam satisfactorum pro alio potest expiere Deo acceptabiliter. Isto, Non tantum pro suis quisque culpis, sed pro alienis satisfacere potest, dum sibi modo ambo amici Dei: & quidem satisfacere de condigno. Lindanus, pollic quoq; viuos paenam suorum delictorum iudicis remissionem & mitigationem, atq; adeo expiationem per viuorum preces & opera impetrare. Peltanus, ipso lemmate. Satisfactionem tunc iniunctam per alterum posse experiri non semper id tamen, neque fructu pari: & in ipso disputationis lumine: eorum qui satisfactionis vinculo obligantur, duo esse genera: Quicunq; enim satisfaciunt, aut suum, aut aliorum debitum redimere: nam, singulari Dei clementia id inter cetera humanae imbecillitati concessum, vt vnu alterius loco satisfacere possit: atque id esse tertiae parti penitentiae peculiare: non enim dari contritionem alienam, aut confessionem; sed tantum satisfactionem.

## C A P. II.

## Indulgentiarum origo, &amp; definitio.

I. Vnc opus auribus. Mysteria narrabo: elegantia mysteria; festiva mysteria: magna mysteria. O mihi, si quis Poetarum (nam, & miranda canunt, sed non credenda poetæ) si mibi quisquam poetarum commodet, non illa Euripidis, τεύχη πάντα γέλος: ed illa τεύχη πάντα ηρώες centū ora, toridemq; singulis linguis! Sed vt canq; erunt vota, aggrediar: & si potero, (quoniam cur non potero, præeuntibus tot iam mirifice eloquentia Schoaliticis;) peccata metiar: metiar satisfactiones: remissionem metiar: totam indulgentiarum vim expediā a capite ad calcem. Fauete linguis: o vos quotquot estis remotissimi sapientiae apiantes.

II. Alienarum satisfactionum genus est Indulgentia; quod publicum dixi. Quanquam Panigarolla, usus nolle: sed separato quodam stabulo co-cludere, Iam duas rationes habemus, inquit, quibus semel vestigia soluere possimus, unam paenibus operibus, alteram alienis: nunc tertiam agno: cite: scilicet quomodo satisfaciamus neq; operibus nostris, neq; alienis. Sed non est tanti tabula subtilitas, auctoritatis τε πάντως & λόγως, ex imperato, & paradoxo. Quanquam ne ipse quidem videtur separare prorsus ab alienis eum deserbitus impetus eloquentia: sed ab alienis qua nobis ab ipsis operantibus applicentur: nempe, quia, quas priuatas dixi, & sunt arbitrij priuati, eius a quo efficiuntur: sed has, sola auctoritas publicæ personæ, Papæ, puta, vel Episcopi, determinat, sive applicat huic, illive, hoc, vel illo modo: cui alioquin non magis erant profutura, quam laquam verberasset.

III. Eas ita descripsit Gregorius de Valencia. Ponit, inquit, satisfactionem aliorum Ecclesia membrorum alius eiusdem Ecclesia membris prodeesse posse: non tantum quum unum membrum speciali & propria intentione satisfactionem suam alteri membro vult applicare: sed etiam, quum ij qui prosunt in ipsa Ecclesia communitate, eam applicationem faciunt tanquam distribuentes singulis bo-num quoddam commune Ecclesia, in acceptatione Dei, velut communem quadam thesaurum repositum. Et iterum paulo post, Non solum quum membra quadam membris alii satisfactiones suas speciali intentione accommodant, sed etiam ex eorum implicita saltu intentione id ipsum faciunt ij qui prosunt. unde si: ti: Quo sit, ut satisfactiones illa aliena eo etiam modo per Ecclesia prælatos applicata: vbi vides dilecte mecum, alienas non tantum definitas, sed etiam verbo appellatas.

IV. Harum perplexissima inquisitio est, & quam vere crucem possit Sophistarum dicere: adeo vix quicquam habuerunt, in quo non sint dissidentiū fientiarum classes. Nihil, quod inter se ponerent tam ratum, fixumq; aut tam curiose, fabreq; edificatum ab ipsis, quod non alij totis virib. aut dirue-rint, aut diruere sint conati. Itaq; nusquam, uno quidem in arguento, tot in

uenire sit distinctionum mādros, distributionum sius, suppositionum nūgas. Ut appareat vere in tuo corio lusisse humani temeritatem ingenij, omni negleto vel proprii pudoris periculo.

V. Hinc Polygrani confessio, Fateor rem sane difficultiam de his quippians definire: tum quod non satis dilucide Scripturis constet: tum quoq; quia & ipsa hominum opiniones parum conueniant. Durandi. De indulgentiis pauca dicit pos sunt per certitudinem quia nec Scriptura de iis expresse loquitur. Alphonsi de Castro, Aduersus hunc errorem, nempe oppugnantum indulgentias, paucis verbis contendam: quoniam inter omnes res, de quibus in hoc opere disputamus, nulla est quam minus aperte sacra litera prodiderint, & de qua minus vetusti Scriptores dixerint. Caetani, opus. rs. c. 1. De ortu indulgentiarum, si certudo haberit posset, veritati iudicanda open ferret: verum quia nulla Scriptura sacra, nulla prisorum doctorum Gracorum aut Latinorum autoritas scripta, huc ad nostram deduxit notitiam: sed hoc solum à trecentis annis Scriptura & cōmentarij est de vetustis Patribus; quod beatus Gregorius indulgentias stationū insti-tuit. Cinerus etiam hinc exorditur declamationem, Dolendum simul, & mirandum est quoq;dam etiam Catholicos, tam timide, frigide, sobrie, varie, & ambigue de indulgentiis scribere: quasi earum aut interta sit, aut tam longe posita ratio, vt difficulter admodum probari queat. Roffensis, ad art. 18. plenus Multos fortasse mouet indulgentiis istis non usque adeo fidere, quod earum usus in Ecclesia videatur fuisse recentior, & admodum sero repertus apud Christianos. Nota: usus recentior, repertus apud Christianos: iero repertus. Quibus ego respondeo, inquit, non certo constare a quoprimum tradi cōperunt. Fuit tamen nonnullus earum usus, ut aiunt, apud Romanos. Neque cuiquam obscurum est, quin posterioribus ingenii multas sint, tam ex Euangelio: quam ex Scripturis catet, nunc excusa luculentius, & intellecta perspicacius, quam fuerant olim.

V. I. Notanda confessio, quam primis annis expressit veritas, quum non dum in summa contentionis pertinaciam esset deuentum. Nūc enim haud facile obtineas ab ijs, qui, non profecto doctiores, sed saltem impudentiores facti, ipso perpetuae disputationis ardore, nunc successerunt. & huiusmodi rerum contentionem non nisi ludem putarunt, suaque Rom. Ecclesiæ gloria ita affectarunt, vt vel tenui simulum non erroris dico, sed allusionis aliquius vestigium agnoscere non aliter habeant, quam Solem de mundo tollere. Certe non Bellarminus, non Gregorius de Valencia, non Costerus, non ullus nunc Iesuitarum, alio dispergit animo, quam quo nihil relaxari volunt de sue placitis Ecclesiæ: & tantum non peierent nihil in Christiana fide fuisse antiquis, aut solidius. Me vide: Gregorius ille de Valencia, punct. 2. rem antiquam dicit, in qua dispensanda habuerit semper sedes Apostolica legitimam autoritatem. Imo Tridentinorum patrularum verba sunt sessione 25. Qui potestas conferendi indulgentias à Christo Ecclesia concessa sit: atque huiusmodi potestate diuinis sibi tradita, antiquissimis etiam temporibus illa usus fuerit, Sacrosancta Synodus indulgentiarum usum Christiano populo maxime salutarem, & sacrorum Conciliorum autoritate probatum, in Ecclesia retinendum es-sedocet, & præcipit.

V. II. Nec vero tam seri instituti occasionem dissimulant. Klingius. Quoniam refriguit caritas. & increvit peccatorum consuetudo, nec est qui vel pro peccatis studeat sati facere, vel etiam possit: ob id Romanus Pontifex permotus ex pastorali charitate, ne vel saltem omnes perirent: & qui minus sufficienter satisfaciunt illis patrocinetur, ut sic omnibus consulat, ex concessa sibi soluendi ab his poenis debitis potestate conferit indulgentiam. Roffensis ad articul. 17. Neque tam necessaria fuit purgatorijs, sive indulgentiarum fides in primitiva Ecclesia, atque nunc est. Nam tunc usq; adeo caritas ardebat, ut paratissimi fuisse singuli pro Christo mortem oppere: rara fuisse criminis: & ea qua contingunt, magna fuisse canonum severitate vindicata. Nunc autem bona pars populi magis Christianismum exsueret, quam rigorem canonum paterneretur: ut non absque maxima Sancti Spiritus dispensatione factum sit, quod post tot annorum curriculapurgatorijs fides, & indulgentiarum usus ab orthodoxis generatim sit receptus. Gregorius de Valencia puncto 2. Quod non ita aperte, frequenter, & in specie res ipsa indulgentiarum à Veteribus commonetur, causa fuit usus paenitentia & severioris, quæ temporibus illis multum vigebat, ita ut non esset magnopere necessarium beneficio indulgentiarum uti. Postea vero de crecente illo seruore paenitentia, illarum usus increbescere caput. Et hoc est, quod Bellarminus innubet, quoniam diceret. Quas remissiones summi Pontifices ex paternale lenitate, & condescensione in filios suos compatientes eorum infirmitati concedere solent.

V. III. Nimis fuit, huc res tota redit. Scopus fuit satisfactionibus, quicquid horroris erat incussum ab illis poenis temporalibus retentis post condonationem culpa; aut tollere, aut certe minuere, prompto, nec admodum difficili oblate remedio, à substitutis nonnullis operationibus, duriusculis illis quidem, & haec tenus ingratia, sed accommodatoribus tam humanæ mollitie; quæ eas multo auro redemptas velit. Sed post ex cogitata ratio est, quæ ne hoc quidem relinqueret, quicquid erat duriusculi. Quomodo vna quum medicina cura esset, morbos pellere, in vnu fuere non tantum pharmaca, colore scda, odore terra, gustu horrenda: sed etiam cauteria, & reliqua carnificina. Nunc Chymici suam in eo laudem ponunt, ut remedij abundant, non adiungunt tantum, sed etiam gratiosis: denique Israelitis primo fuit pro horrore feruntis pristinæ, non toleranda famis: & præ fame, manna, quantum beneficium? Sed hac ipsa fastidita, postulatae coturnices.

V. X. Verum vt cumque se tandem origo habeat: at indulgentias definiunt, sive delibent potius: nam definitionem restam vaga non admiscerit. Bellarminus: Remissiones paenarum, quæ sepe remanent luenda post remissionem culparum, & reconciliationem in Sacramento paenitentia adeptam; quas remissiones summi Pontifices, ex paterna lenitate & condescensione in filios suos, compati-entes eorum infirmitati certis temporibus. Non sine aliqua iusta & rationabili causa concedere solent. Paulo plenus de Valencia, Indulgentia Ecclesiæ ista est relaxatio paenitentia iudicio diuino peccatis actualibus post remissionem culpa debitis per applicationem superabundantium Christi, & Sanctorum satisfactionum facta extra Sacramentum ab eo, qui legitimam ad hoc autoritatem habet, breuius Durandus, Indulgentia non sunt aliud, quam communio Christi, & Sanctorum, quæ fit nobis ad satisfaciendum propeccatis nostris. Breuius etiam ananus, c. 2. opus. 15. Est absoluto ab iniuncta paenitentia, in foro paenitentiali.

X. In his definitionibus, quæ continetur mysteriorum capita, partim es-  
se aucta attingunt indulgentiarum; id est, materia in formamq; partim vsum.  
In ea paulo fuitus inquirendum, & plenius, quam pro more nostro: neque e-  
mpti, si capita duxat rectem præcipua, quibus satisficeri potest instituto  
nostro refutandi erroris, poterit quisquam satis concipere immanitatem hu-  
ius commenti: quod ex nostris paucissimi, ex aduersarijs iphis non multi pene  
terant. Dabunt ergo veniam Lectores benuoli, paululum digredienti ab  
ordine meo in ea quæ vatis autorib. scripta, varijs locis obseruata mihi sunt.  
Quâquam profiteor optare serio, vt nemini sit hic labor minus gratus quam  
ip. mihi.

## CAP. III.

## De materia Indulgentiarum.

I. Materiam appellant Thesaurum Ecclesiæ: non tamen, ne erres,  
thesauri nundinas instituit) accusatos Petrum, & Iacobum Columbenses,  
quod thesauros Ecclesiæ in morte Pontificum diripiuerint; sed longe alia notio-  
ne: huc tamen opinor, tubordinata. Nam reuera ad instaurandos illos the-  
sauros, qui minui, & absunt poslunt, totin vñus partim necessarios, par-  
tim superfluos, partim malos dilapidati, hic thesaurus excogitatus: Sed  
haec dissimilata causa, prætextus quæstus, longissime remotus, quæ f. l. en-  
di via ceruissima. Ioannes de Turrecremata: Non potest debite, & discrete di-  
mitti pena pro peccatis inuenta vni, nisi sit recompensatio per alterum, qui plus  
debito facit. En tibi causam: mo occasionem invenit gaudi thesauro: nec enim  
ideo indulgentia concessæ, quod abundaret thesaurus, sed thesaurus inuen-  
tus, ut seruiret indulgentijs, ideo neque ante has inuentas, vlla facta in qua  
thesauri mentio.

II. Eum thesauro conflarunt ex satisfactionibus, tum Christi, tum  
Sanctorum: non quibuscunque tamen, sed siue superabundantibus, siue su-  
perfluentibus, siue, ut Caietanus non erubuit loqui, superfluis, quarum aliqui nullus vñus esset: itaque facilis referunt in sumptus quotidiano: Non  
enim, puto, quæ semel applicata fuerint, redire possunt; sed ipso vñu confu-  
muntur, & pereunt. Quomodo in vindemia, si nihil amplius vini confi-  
ret præter presentem vñum, frustra essent cellararia, sed quia multa plus exprimitur  
quam iis paucis diebus ebibi potest, inde dolia, & quicquid eiusmodi  
vñorum est.

III. Id his argumentis ita esse coniicio. Gregorius de Valentia, puncto  
3. negans concedi indulgentiam prælati ordinum religiosorum: causam  
notat: quod non apparet satisfactiones ex communi Ecclesia thesauro, qui defi-  
cere non potest, sed ex cumulo satisfactionum determinata cuiusdam congregatio-  
ni: in qua fieri nonnunquam posset, ut nibile esset reliquum satisfactionum, pra-  
ter id quod singulis de ea congregatione opus esset ad satisfaciendum pro pena a se  
debita. Atqui profecto, si non consumerentur vñi euimodi diuitiae, poterint in-  
fine infinitis applicari, nec in qua deficere. Itaque nihil obstat et ratio,  
quominus indulgentias largirentur, etiam prælati religiosi, æque cum non  
religiosis. Sed nimis, non ut Solis radij omnibus sufficiunt, quia à nemine  
confluentur; & redeunt ijdem semper: sic indulgentiarum opes; sed ut aqua  
in rivo, hausta quidem non reddit, sed sufficit omnibus tamen; quia pereant  
hausta sufficit alia.

IV. Præterea cauens sollicite, ne haec semel remunerata fuisse dicantur: &  
Franc. Mayronis afferenti, coequo arguento thesauro impugnanti, animo  
fissime contradicunt: eadem ponentes diuinæ liberalitatæ legem, quam seue-  
ritati: ut neque bis vindicet in id ipsum: neque bis remunerare audeat. Sed vt  
cunq; si, amen actum facile coniiciunt de suis gazis, si cogantur concedere  
remunerationem factam. Deniq; colligendi thesauro causam Roffensis affi-  
gnat passiones Sanctorum, non tantum eis non necessarias, sed ne vñis qui-  
dem applicatas ab ipsis: vnde facilis conclusio, si vel ipsi vñi essent, vel aliis  
applicablent, non futuras in thesauro.

V. Duo constant igitur, valde obseruanda: Vnum, quæcunq; ipso primo v-  
su remunerata sunt, eas nullas esse in thesauro: alterum, eas, quæ in singulis  
indulgentiarum nundinis impenduntur, fugitiu non redire; itaque, tanto  
thesaurum minui. Quod mirum equidem nondum fuisse satis animadversum.  
Poterant enim inde Papistæ causam petere, cur olim & ab initio tam rarus, i-  
mo tam nullus fuerit indulgentiarum vñus: nempe, quia cum tota esset Ecclesiæ  
in thesauro colligendo: qui labor non succedit, saltem in tantam am-  
plitudinem, si quem vna manus colligebat, altera sparsisset. Erat autem dilig-  
entia ratio opportunitas temporis, quo abundantant Sancti. Sicut Dardan-  
arij, in abundantissima melle, triticum vnde coaceruant, quod non nisi  
extremo vendant anno. Forte etiam, non tam aurarus, quam prouidus Boni-  
facius ille VIIII. qui non nisi seculares volebat iubilæos, ut olim ludos. Vi-  
derint successores, qui quadruplo frequentiores esse iusterunt. Deficit enim  
fides, frigescit charitas mitorum: deniq; rari sunt Sancti, qui plura patian-  
tur, quam mercantur.

VI. Sed enim de Christi meritis sic philosophantur. Tanti fuisse  
eius passiones: propter dignitatem personæ, ut, vel vna sola sanguinis  
guttula, aut etiam sudoris, ( hoc enim addit Angelus ) mille mundis  
sufficere redimendis potuerit. At ille riuos fudit. Quid ergo? Nempe,  
quicquid fuit redimendis hominibus necesse, id extra thesaurem. Sed  
reliqua, oportuitne pro nihilo haberi? Imo concludi, & custodiri diligenter:  
ut factum in tot ampullis, quot varijs terrarum locis ostentantur. Audi Bellarminum, Christus pro hominibus mortuus est. Certum est autem,  
non omnibus qui hactenus vixerunt, pretium mortis Christi re ipsa applicatum  
fuisse ad illorum expianda peccata: imo maiorem partem hominum morti eterna  
addidit esse: superest igitur multum illius preij, quod semper applicari possit:  
quum ipse nulla satisfactione indigerit, qui peccatum non fecit, nec facere po-  
tuit. Sed malignus leluta de vno mundo tantum loquutus est; nec pauci-  
tatem satis expressit redemptorum. Panigrolla magnificenter, Christus  
vñ satisfactioni habens prototo hoc mundo, & alii millo, si tot extarent, quum  
pro uno tantum sufficienter satisficerit, reliquam omnem satisfactionem fateri  
oportet redundantem fuisse. Durandi vñ hemeritorum adhuc est iniquum: Christus

per passionem suam satisfecit, quantum ad sufficientiam peccatis totius mundi.  
Cóstat autem, quod non omnes de mundo saluantur, sed pauci respetu aliorum:  
ergo de pena Christi, quæ sufficere potest ad compensandum penam omnium pes-  
catorum mundi debitam, multum semper restat, quum propaucus qui saluantur  
satisfiat. Et si omnes de mundo saluarentur, adhuc meritum passionis Christi su-  
perabundaret, quia, quæ ratione sufficiens est ad satisfaciendum pro peccatis to-  
tius mundi, eadem ratione sufficeret ad satisfaciendum pro omnibus peccatis plu-  
rius mundorum si essent.

VII. Polygranus paulo aliter somniauit idem somnium; & forte distin-  
ctius. Christum multa esse meritum. Sibi gloriam, & exaltationem: secundo,  
hominibus remissionem culpe, & penæ æternæ: tertio, penæ temporalis cō-  
donationem. Et hoc ultimum, inquit, meritorum genus, thesaurum Ecclesiæ  
vocant, qui non communis gratia omnibus, sed pro speciali causa, & pietatis actis  
impeditur aliquibus.

VIII. Φιν τῶν πορειῶν; Φιν φεύ καὶ χρυσός, Atqui nos bardi, nos stu-  
pidi: nos, quid reliquum est dicere? putabantur hactenus, vna eademque so-  
lida Christi passione redemptos homines, tum omnes, tum singulos. Quo-  
modo, vno eodemque solidi Solis lumine, tum vnumque inque homi-  
nem illustratum, tum vniuersum terrarum orbem: quomodo vna eadem  
que Dei omnipotentia creauit hunc mundum; & mille mundos creare po-  
tuerit: vt tamen ne superabundantis, aut superfluentis, aut super-  
flui quicquam fuerit, etiam si vnicum creavit. Quomodo, vnicum idem  
symbolum fidei, non paucis tantum seruandis, sed omnibus etiam  
hominibus: nec huius tantum orbis, sed infinitorum; si infiniti essent? et  
si nullam ego quidem audierim symbolorum superflorum, superabun-  
dantum, superfluentium vñquam nominatum thesaurem. At hi viri: &  
qui viri! πάτερ φοιτητῶν, παντοπειστος, πύμαχος, δευτ. ον τεῖς λόγιοι μολέας  
τε Εἰκόνεσις τὸ ἀεὶ λεγέμδων οὐραῖς εἰς τε φεύδεται τε αληθεύεται. Hi docent,  
ita redemptos a Christo homines abundauit eius sanguine, ut in particu-  
las fuerit redemptio secta infinitas: quemadmodum formicæ omnibus a-  
lendis sufficiunt horrea Sicula, imo superabundant; ita tamen, ut gra-  
no vno vnam saturent, alio aliam, tertio tertiam. Ita omnino Christus, qui  
solet pingi cum infinitis guttis defluentibus ex capitis vulneribus à spine  
corona, alia quadam eius sanguinis particula hos redemerit, alia illos,  
tertia ceteros: & vna sibi gloriam; altera nobis remissionem culparum, ter-  
tia, penæ æternæ donationem, quarta, etiam penæ temporalis minutio-  
nem. Neque ea parte a nobis culpam abstulerit, qua sibi gloriam acquisi-  
uit; quia eius partis sufficiens erat compensatio hæc gloria: & ita deinceps  
nis φοιτητῶν. Σακρῆτος Μίλιος, καὶ Χαροφῶν, οὐδὲ τὸ τέλον Φοιτητῶν. Hoc pa-  
cato infinitus infinite maior, ut thesaurus ei. Ecce ita, quam quicquid redem-  
piouis esse potuit.

IX. Sed enim videor videre, non semper hanc fidem fuisse sic per-  
fusam. Certe in indulgentijs concessis à Gelasio Secundo, anno 1118,  
& ab Honorio Secundo nouem annis serius, virisque apud Baronium,  
nulla menio meritorum Christi: sed tantum autoritatis Christi, & meri-  
torum Sanctorum. Dican amplius: Bonifacius ipse octauus, cui primo  
Iubilæum debet Ecclesia Romana. Nos, inquit, de omnipotentis Dei miseri-  
cordia, & eorumdem Apostolorum meritis, & autoritate confisi: & qua se-  
quentur. Denique, credo Clementem textum primum fuisse, qui hoc quic-  
quid est superfluentium meritorum Christi exprestum in bullis voluerit.  
Vtrum sit certo consilio factum, an forte fortuna, viderint earum rerum  
consulti.

X. De Sanctis durius negotium experti sunt. Non tantum enim Fran-  
ciscus Mayronis ille, qui ne Christi quidem merita patiebatur concludi in Thesaurum: sed etiam nonnulli, qui sanguini Christi honores sunt ad-  
uersati, Sanctorum tamen meritis non potuerunt afferri. Durandus ver-  
tit in dubium. Angelus de Clauasio: Sed ego teneo cum Franciso de Mairo-  
nis intraclatu de indulgentijs: quod quum merita Sanctorum sint ultra con-  
dignum remunerata à Deo, & sic exhausta: quod solum dantur indulgentia ex  
merito Christi & passionis eius. Sed & Avarus, qui se purauit admodum facile de-  
monstrasse, in qua Christi siue pertinere, At de Sanctorum meritis, inquit, dif-  
ficilius est hoc persuader. id tamen etiam ex Paulo licet coniicere. Conicere  
inquit, non demonstrare. Et vero, quid opus erat hoc configere, si tan-  
ta copia superfluebant Christi merita? τί γλαύκη Αθωας ιχνεύει, Ioannes  
XXII. apud Baronium anno 1010. simpliciter dixit; De illius pietate confisi,  
qui est peccatorum remissio, de iniuncti sibi paenitentia annum unum misericor-  
diter relaxamus.

XI. Sed his paucis non obstantibus, ceteri aut omnes, aut pleni-  
que nihil habent: qui confidentissime pronuntiant, Thesaurum Ecclesiæ  
constare ex meritis, non tantum Christi, sed etiam quotcumque San-  
ctorum: si tamen hi plura passi sint, quam meruerint. Bellarminus, Com-  
muniæ altorum Theologorum, cum antiquorum, ut Sandi Thomæ, & S. Bonauen-  
tura, tum recentiorum omnium sententia, Thesaurum satisfactionum, tum  
Christi, tum Sanctorum, semper agnouit.

XII. Potio, cauam additarum Christi meritis, aliarum satisfactioni-  
num, Gregorius de Valentia probabilitate explicat: similem ei causa, quam  
audire memini à medicis, in oxicerato esse acetum vehiculum aquæ:  
nempe quia sit penetrans, officere vt illa oxyus præcordia percur-  
rat, & refrigeret: Illam enim remissionem peccati, quoad reatum temporalis pe-  
na per media quadam hominibus beneficio passionis Christi contingere. Neque  
vero solam fiem esse medium, quo fructus iste Christi passionis, & alij ad homi-  
nes deriuuntur, sed alia media diuinitate ad eam rem inffirmitate efficiuntur. Prouenire igitur  
fructum Christi passionis, quoad panem & temporalis remissionem, aut per satisfactionem  
non propriam aut per alienam: qui scilicet unum Ecclesia membrum alteri cō-  
munione quadam charitatu, tanquam eiusdem corporis membro satisfactionem  
fuan accommodat. Et rursum Quo sit ut satisfactiones illæ alienæ, eo etiam modo  
per Ecclesiam applicata, medium tunc sint, quo fructus infiniti satisfactionis Christi,  
quod attinet ad remissionem penæ, ad homines deruetur. ingenuo facit, sed  
non sive circulo. Qui enim statunt, omnem vim mentorum humanorum esse  
a Christi passione; quæ id iuriis eis acquisierit, ut mereri querant, & satisfacere:  
nunc vicissim, gratia puro referenda causa, satisfactionibus alignant id iuriis,  
vt in indulgentijs applicent nobis Christi merita: Sic sit, quod vulgo dici-  
tur, manus manum fricat.

XIII. Quia vero importuni erant, Franciscus Mayronis, Duran-  
XX z dus,

## DE SATISFACTIONIB. ALIEN.

dus. Angelus de Clauasio, alijque, qui in hoc Thesauro locum negabat meritis Sanctorum, plene iam, imo ultra condignum remuneratis, aut certe tam in resurrectione remunerandis; subtilissima adhibita distinctione est, meriti, & satisfactionis. In bonus actionibus hominum, inquit Bellarminus, duplex ualor, sive primum assignari potest, meriti videlicet, & satisfactionis. Roffensis, Et dem actu quis pro seipso mereri premium potest. & nihilominus pro quovis altero satisfacere, absque ullo premio sui dispensio. Et unum horum ab altero sequitur posse, neque unum ab altero impediri. Gregorius de Valencia, Omnia operaria, quocunque exercent, aut exercuerunt unquam fideles, prater vim mendendi habuisse tam vim satisfaciendi propria, quatenus ex gratia diuina processerunt. & aliquam habuerunt adiunctam difficultatem, atque molestiam. Et hoc confidentillime ponunt: ut noui magis considerenter suas illas uiginti cœliae vigeant Geometra. Torum esse in una sua parte: Quae eidem sunt equalia inter se sunt equalia. Nam, aut ratione demonstrare, aut testimonio fulcire, siue Scriptura, siue Veterum, quid opus erat, rem si forte minus apertam, at tam uilem, tam fructuolam, tam necessariam? Imo silentium editio prætorio imponendum, quicunque vel hiscere contra ausus fuerit. Satis est, ita visum Thomae, Bonaventure: magnis magistris: quibus cognita etiam, quæ Christo nunquid in fuere reuelata.

XIV. Illo posito; Opus bonum, ait Bellarminus, qua parte meritorium est, non potest alij applicari; potest ramen. qua satisfactorium est. Eleganter. Alia parte meritorium, alia satisfactorium: quomodo, fronte capitata est, sed post occasio calua: Hermaphroditus non totus totaliter mas & femina: sed una parte mas, alia parte femina. Esto sane.

XV. Priorem partem, quæ negat applicari posse merita, Bellarminus pronuntiat esse extra controversiam. Dicit enim eum mereri, qui bene operetur, & ex bono opere dignus sit præmio: non posse autem fieri, vt ex eo quod unus bene operetur, aliter ceasurare bene operari, vt dignus præmio habeatur: deinde, neminem posse proprio merito spoliari. Miser me pene dignitas viri ad assertiendum. Legit tamen apud Adrianum Florentium in hac ipsa disputatione, conclusione 4. Quamvis indulgentia solum proficit his qui sunt in statu gratia: nihilominus existens in peccato mortali potest pro aliis mereri, quando forma indulgentiarum permititur. Et concl 5. Nemo potest gratiam remissionis in aliud transferre, quamvis possit, pro ullo eam promereri. Et apud Polycarpium, Sanctorum opera, et donationem culpa nec sibi, nec aliis mereri queant, possunt: amen, & sibi donationem debiti, rerrit ut nisus augmentum, & alii id ipsum mereri. Viderint viri subtilissimi: quomodo vtrum verum sit & nemini applicari opus meritorum, quatenus meritorum est, præter ipsum operante: & tamen mereri posse alios pro alijs. Quid tum autem, si is pro quo mereretur quis, non ipse mereatur, qua ratione Bellarminus pugnat? Verum id quidem, sed nugatorium: quia eadem ratio conficit, non magis applicari eadem opera, quatenus satisfactoria erant. Nunquam enim verum erit ipsum illum satisfacere, pro quo alius satisfaciat. Neque magis verum, eum dici mereri, qui bene operetur, & ex bono opere dignus sit præmio: quam verum, dici satisfacere eum, qui bene operetur, & ex bono opere dignus sit, qui nexo liberetur. Neque rursus, magis verum in merito, quam in satisfactione, non posse ex eo, quod unus bene operetur, alterum ceasurare bene operari. Denique, videant ijdem illi, vtrum latrocinijs hoc genus saltem permisum sit; vt possit quis satisfactionibus suis spoliari, & non possit meritis propriis. Nam si his viuitur legibus in Papismo, ego quidem desino, & taceo.

XVI. Sed enim de meritis: id tenent. Satisfactiones communicari nulli dubitant. Ponunt omnes, plura Sanctos pati posse, quam mereantur. Describo Bellarminum, Afferimus non paucos sanctos homines, multo plura propter Deum, & iustitiam esse per se, quam exigeret reatus pena temporalis, cui fuerunt obnoxii propter culpas ab ipsis commissas. Virginem Mariam, nulli peccato obnoxiam, nulla satisfactione opus habuisse pro se; plurima etiam passim propter Deum: atque adeo gladium dolos eius animam petrannisse. Ioanam Baptistam in utero sanctificatum, viam innocensissimam duxisse, vt vix leuissem, iisque paucissimis culpis fuerit obnoxius: & tamen eius vitam yniuersam, seueram, & duriter aetam esse: denique vincula, & carcere subiisse; capitum etiam supplicium. Prophetas, Apostolos, Martyres, Confessores, Eremitas, atque alios magno numero; numerico nullo haberi indignum esse. Dubitari itaque non posse, maximum esse satisfactionum in hoc thesauro cumulum, vt muscarum, cum caletur maxime.

XVII. De Maria non nihil est discrepantia; non tamen haec tanti, in tam firmato negotio. Qui nulli prorsus peccato obnoxiam faciuerit, videtur necessario dicturi, ne pilum quidem satisfactionis ei opus fuisset: ita quicquid ab ea fuit in hoc operum genere, id omnem alijs prodeesse. At impotenti Dominici aliter. Paludanus, Beata virgo medio modo se haberet, puta inter Christum & Sanctos: quod de suis penitentibus, illud pro ea, at sufficit: quod erat penitentia originalis, sicut mors naturæ, cuius ipsa debitrice fuit, reliqua autem eius penitentes sponte assumptæ non nobis cedunt, non illis quæ nullius culpa actualis rea fuit: & idem est, de martyrio Innocentium, & aliorum qui nec venialiter peccarunt.

XVIII. Redeo ad rem. Ex satisfactiones, quanquam ijs Sanctis fuerint superfluae, tamen absolute superflues, dici negat fas esse Panigarolla, & illustrat festiuissima comparatione: Hæc satisfactio redundans, quorum euadit? Quum mortuus est Christus, & præter Christum, quum Maria virgo, & Petrus & Paulus, & innumeris præterea alijs, ac mortem obierunt, tot operibus redundantis satisfactionibus cumulati, quandoquidem illa non intruerunt in celum, & in nullus est satisfaciendi locus (sed an faltem merendi?) Videatur: quandoquidem merita non negantur eo deferti, sed tantum satisfactionia; quin ne hæc quidem omnia: sed tantum illa superflua: an igit tui & locus satisfactioni saltem aliquatenus? opera illa, quoniam abierunt? Quum viator ad oppidi portam peruenire, longeque ampliore pecuniam habet, quam ad solendum vestigia ipsi necessitate sit, cur in urbem deferatur, in quanib[us] a prorsus opus est (tale enim aliquid vidit Panigarolla, an somniauit?) id omne quod superest, quem usum habet? Si egomet, auditores, dicerem abiici, & superuacaneum esse, vererer me lapidibus obruendum esse censeretis: & merito quidem: nam nullaratione dicendum est, quicquam in Ecclesia Dei, vel deesse, vel superuacaneum esse. Et sane impium esset, si quis crederet, rem tam puram, tantamq[ue], quanto est satisfactione pro peccatis, vento dissipari & evanescere. Quis igitur eorum o-

perum est usus? O admirabilem Dei prouidentiam! ex iis cōstatur communio illa Sanctorum. Roffensis art. 17. Haud dubito, quin quod in ærumnarum quas tolerarunt, cruciatiib[us] erant satisfactorium, non evanuerit penitus in æra. Nam Deus ipse benignissimus, qui malam nostram semper vertit in bonum, non patitur hanc satisfactionem omnino perire, sed in aliquam haud dubie conuertet utilitatem. At peribit sane, si nec eis, neq[ue] ceteris profuerit quicquam. Et quoniam illi, & satisfactionis fructum nullis destinarunt personæ certis, ideo f[est] vi in commune ceserit Ecclesia totius emolumentum, & communis Ecclesia thesauris iam dicatur nimis ut inde rependatur quicquid ceteris ex iusta satisfactione defuerit. Prouidentissimi homines, qui non tantum de suo, vt loquebatur Tertullianus, aliquid pane in terram cadere ægre ferunt, sed ne de alieno quidem ferre possunt.

XIX. Sed heu misero mihi, pene oblio aliud mira prouidentia, & sagacitatis argumentum. Adrianus. Similiter opinantur quidam probabiliter, dum recenter baptizatus facit multa opera penalia, quæ in nullum transfert; & prium peccatum quod committit est mortale: ipse nullam expiationem habere potest per viam satisfactionis ex illo. Non antequa peccat, quia nullius poena debitor est nec post, quia per mortale, illa mortificat: Ecclesia tamen non videtur ius suum perdere: quoniam (puto legendum, quominus) illa per indulgentiam ac si innocens perseverasset alius applicare possit. Abi, & hos negato etiam ex igne posse victum petere. Nota. Primum, non posse opera penalia satisfacere peccatis futuris, eius qui operatur, posse tamen aliorum. Magnum, & bene notandum arcanum, nec ubique obvium. Quare fidelium in Papismo nemo nisi in diem sibi laborat: siti, in quam, praesenti babit, non futuræ: neque prouidet venturæ indigentia sua, sed alienæ duntaxat: puto ad vitandam desidiam: sic enim solent, qui in iuuentute multis suis laboribus magnas sibi diutinas compariunt, & animum relaxare, neque amplius labori intendere. Tanta cautio est. Sed parum res est, inquit Adrianus, istud dicere: est namque magis subtile quam uile, quum thesaurus Ecclesia abunde sufficit de meritis Christi, & isti non egeat. Factum male, Adrian. Itane; uno verbo tantum subtilitatem redigere in nihilum? Quin tu potius haereticus; qui dicas, satis esse merita Christi. Quod tibi si datur, tum vero non haec tantum subtilitas bonis illis viris perire, sed etiam Ecclesia, quicquid in hunc thesaurum contulerant Sancti.

XX. Ceterum, qui hactenus ita sunt loquuti, vici ea tantum parte admittere satisfactiones in thesaurum, qua parte nullam remunerationem reportarunt: id eoque supponere, remunerationem impediens satisfactionem, alijs non applicetur. Sed Caietanus speravit, commodius se rem totam explicatum. Nam, remunerationem dici, vel communiter, vel proprie. In priori notione consentit superioribus, non esse in Sanctis remuneratas satisfactiones: sed in posteriori non differtur plenissime remuneratas: nec concedit tamen non valere pro alijs. Audite hominem, tristatus 8. qu. 3. Si proprie loquendum est de remuneratione, dicendum est, quod merita Sanctorum omnia sunt plenissime remunerata sibi: ita quod etiam ipsa eius superflua satisfactiones sunt plenissime remunerata, vel remuneranda in ipsis Sanctis. Quoniam quicquid inde meruerunt, totum eorum erit sine sit primum essentialis, siue accidentalis. En tibi, quod alius nihil erat aulus. Quomodo ergo satisfactiones applicari possunt alijs? sed plenissima remuneratio, inquit, non minuit vim satisfactionis pro alijs: quoniam solvere pro se, vel alio, non est meritum, aut merces, aut remuneratio quicquid actus enim, & faciendo, qui à Sanctis processit, pro quatuor suis meritoriorum, remuneratus est vita aeterna. Et rursum, pro quatuor suis opus penale sibi, remuneratus est gaudio accidentali: gaudebit enim de hoc, quod plus passus est, quam peccata sua demeruerint: unde Laureola datur quibusdam generibus operum ex ipso exsequitione. Sed propter huiusmodi, & quascunque alias remunerations non perdit actus ille officium suum, quod est, solus reproprietate temporali actualis peccati, proprii, vel alieni: imo quum contigerit superfluum satisfactionem Laurentij solvere propria debita Ioanni penitenti, gaudium quoddam accidentale Laurentius in celo habebit, de hoc quod satisfactionis sua solvit pro Ioanne. Mirum inveniunt. Itaque, non dubito optimè de Sanctis omnibus Ecclesiæ mereri sua ista applicatione: nam absque ea esset, nullum Sanctis eiusmodi accidentale gaudium foret. Et primis illis seculis, quum, test. Roffensi, indulgentiarum nullum nomen erat, viuebant in celis Sancti, & uirgini, facie tristi, oculis demissis, fronte contracta: quod ne vnu quidem Christianorum esset, qui non maleret millies pro Christo mori, quam ab ijs quicquam emendicare. Sed si de Ioane uno gaudium est Laurentio, quanto maius de plurimis? Itaque rursus, nemo vnuquam, opinor, tantam iniit gratiam à Sanctis, quantum Bonifacius ille: nam quum prius sigillatim singuli, si forte, ab eis emerent dietim satisfactiones: tum vero bonus ille Papa, plena, pleniores, plenissimas hundinas aperuit, quibus ceteruantur videant ad se accedentes omne genus peccatores: Enimvero, tunc, tunc, oportet illis plenum, plenius, plenissimum gaudium esse: & gratias Bonifacio plena, pleniores, plenissimas.

XXI. Hoc tamen incommode superato, aliud occurrit. Nam ad satisfactionem pro alijs, necessaria est satisfactionis intentio; neque enim puto eas Deum, quenquam spoliare, aut inuitum, aut inscientem, ne ferti reus sit. De Turrecremata articul. 5. Notandum iuxta S. Thomam, quod indulgentia effectum habent secundum quod opera satisfactionia unita alteri computantur, non solum ex vi charitatis, sed ex intentione operantis, aliquo modo directe ad ipsum. Panigarolla, Opera nostra in primis pro nobis possunt satisfacere: necnon etiam pro alijs, si illa mente & voluntate nostra ad eos applicemus. Quæritur ergo, quomodo profitentur satisfactiones, exempli gratia, Virginis Mariæ, aut Ioannis Baptiste, hodiernis peccatoribus, aut quomodo ijs applicari queant.

XXII. Sed tam feracibus distinctionum omne genus peccatoribus, nihil esse potest difficile. Cur non enim, vt olim fides, sic Gregorio de Valencia, intentio distinguatur in implicitam, & explicitam? Huiusmodi opera, inquit ille, p[ro] fidibus, aut explicita, aut certe implicita intentione, earatione & fide suscepterunt, quo ad gloriam Dei, & ad utilitatem, atque emolumentum Ecclesiæ, cuius ipsi sunt membra, quam maxime illa valere possent. Et paulo post, Hoc nimis est, quod asebam ab oratione oportet ponere: nempe, satisfactiones quorundam Ecclesiæ membrorum aliis membris prodeesse posse, non solum quum membra quadam membris aliis satisfactiones suas speciali intentione accommodant: sed etiam quum ex eorum alitem implicita intentione id ipsum faciunt i[ps]i qui præsumunt in Ecclesiæ

quum ex eorum saltem implicita intentione id ipsum faciunt iij qui prae sunt in Ecclesiis communitate, tanquam distribuentes communem bonum, & quasi thesaurum Ecclesie. Et forte quomodo in fide implicita, is dicitur credere articulum, cuius tamen actu tenet contrarium: si implicita hac intentione aliquis Sanctus cogitur satisfecisse, aut velle satisfecisse, qui tamen explicita voluntate, aut omnino noluit satisfacere, aut certe non pro illo. Denique, tam licet Ecclesia Romanæ voluntatem explicare defunctorum Sanctorum quam Antonio, *Eis b. et l. 15. Regalios pugnare debet et. b. 15. 6.* itaque, pax esto, & suos Charonitas, ut olim Roma, si habeto Christianismus.

## CAP. IV.

## De forma Indulgentiarum.

I. **Equitut formæ.** Cuius considerationis partes duæ: prior, remissionē pœnae; & neattendit, altera eius remissionis mensuram. In illa prius quæ remissio, post quæ sit pœna.

II. Remissionem, relaxationem, abolitionem dicunt promiscue: atque inde est interpretatio nominis indulgentia: quod in malam partem sonare apud Latinos autores, notat Gregorius de Valencia, sed rūm in Scriptura, tum apud autores Ecclesiasticos, in bonam, quatenus significat condonationem quandam alicuius debiti. Sed Bellarminus obseruauit, alias remissionem designare: quia, quod, *Esaïæ 61.* legitur, *prædicare captiuos remissionem*: id apud Lucam cap. 4. dicitur *prædicare captiuos remissionem*: alias facilitatem, & condescensionem; r. ad Cor. 7. *Hoc autem dico secundum indulgentiam, & non secundum imperium.* Porro, utramque significationem coniungi in hac indulgentiarum nominatione; ut contineat & remissionem pœnarum, & facilitatem, condescensionemque Pontificis.

III. Sed diligenter inquisitio fuit condonationis debiti, siue remissionis, cuiusmodi tandem illa sit, solutione, an vero absolute. Quas, et si nusquam definitas offendit, tamen non fuit difficile coniungere quid sibi velint. Nempe igitur solutio significat, quum creditoris satisfactio aliquo exhibito pœrio, unde nomen expungatur: ut hoc loco pro pœna proprijs, id est, quas quisq; meritus est sibi, offeruntur pœnae alienæ. Absolutio vero actio est iudicaria, quum iudex reum absolvit à crimine. Illa pertinet ad cōmutatiā iustitiam, & *in iudicio*, exigit: hæc ad distributiuam, & potest cōsistere per se, & absolute.

IV. Fuere ergo, qui indulgentias censerent esse meram solutionem. Durandus. *Committit tenetur, quod modus, quo valent indulgentia, est per modum solutionis pœnae peccato debita.* Paulo post, *Indulgentia non juri aliud, quam communicatio pœnae Christi, & Sanctorum, qua si nobis ad satisfaciendum pro peccatis nostris.* Vnde indulgentia secundum hanc viam, valent per modum solutionis; quatenus per Christum & Sanctorum solvit pœna nobis debita. Sicut, inquit Paludanus, *si homo soluat communis debitoris (lege credito) plus quam debet, dicens, quod si totum à se non debetur, edat in solutum residuum pro socio: sic acquirat eum.* In quam lententiam iussit Astouium, Adrianum sextum, Sylvestrum, restatur Bellarminus.

V. Alij existimarent esse potius abolitionem. Bellarminus *Franciscus Maironis contendit, indulgentias nihil esse nisi iudicariam abolitionem.* Cui prima fronte fauere videntur exempla vetuissimorum Conciliorum, in quib; videmus ab Episcopis ab solu pœnitentes ab aliqua parte multe impositas, nulla facta mentione thesauri spiritualis, vnde compensentur debita illa pœnarum. Addo, videri eodem referendam Caetani definitionem, *Abolutio ab iniuncta pœnitentia in foro pœnitentiali.*

VI. Sed haec partes, iustæ sunt tandem conuenire, & ex duabus sententiis unam conflare: iuxta illud, *Nec tuum, nec meum, sed dividatur.* Neque enim decuit aboleri Ecclesiæ autoritatem: neque oportuit huius tantam impudentiam esse, vt sola vi sententia siue de peccatis disponat pro arbitrio. Bellarminus, *Res tota diligentia considerata, posteriores Theologi definierunt.* Nam priores sine dubio lusciosiores fuerunt, siue somnolentiores: vel certe nondum satis multis experimentis exercitati: quum Caetanus testetur huius rei determinationem, *non ex ratione, sed ex facto*, pendere: vt mirum esse non debeat, si cuicunque Astrologos cœstrutis multis bullis, artis siue theoriam perficere non posse: habent enim, velli concentricos, excentricos, epicyclos: ita distinctiones, divisiones, exceptiones, & quid non? Posteriores ergo Theologi definierunt, utrumque simul in indulgentia reperi, *absolutionem, & solutionem.* Hinc ipsi Bellarmino propositi. *7. Indulgentia proprie est abolutio iudicaria, annexam habens solutionem ex thesauris.* Inde Gregorius de Valencia, dixit se sequi sententiam communiorum, nempe, *indulgentiam proprie & principaliter esse, & siue semper relaxationem, siue absolutionem à pœna, adiuncta distributione thesauri, & solutione ex illo propria.*

VII. Sed in ea determinatione obseruandum; indulgentiam non tantum dici *absolutionem*, sed propriæ *absolutionem*: & non tantum habere solutionem: sed anexam, siue adiunctam solutionem. Nec frusta iubeo notari. Nam Caetanus duarum sententiarum proponebat examen necessarium ad cognoscendam indulgentiarum naturam; utrum propriæ esset abolutio, an propriæ solutio. Multumque interesse, Nam si indulgentia primo consistat in *absolutione*, dispensatio thesauri accessorie concurredit ad indulgentiam: ut quia Ecclesia non potest libere relaxare debitam Deo pœnam pro peccato in illum commissio, ad hoc ut remissio sua sit efficax, iungit *absolutioni dispensatio* nem pœnarum solutarum à Christo, & Sanctis, applicanda aliquid earum huic, Galiquid illi: ut sic & remissio sit efficax ex adiuncta satisfactione Christi, & Sanctorum, pro isti quib; indulgentia datur, & Deo debita pro peccato pœna exsoluta innenatur. Si autem primum indulgentia sit dispensatio prædicti thesauri, *absolutio ab iniuncta pœnitentia accessorie concurredit ad indulgentiam:* ex eorumque quod applicatur mihi tantum de pena recondita in thesauru, sequitur quod sum *absolutus, ab aequivalenti pœna quam debebam Deo pro peccatis meis exsolvere.* Hæc consideranti, apparet non tam composita esse sententias, quam pronuntiantur secundum alteram partem; & prælatam *absolutionem*.

Tom. III.

thesauru, & illa sit ipsum indulgentiarum operæ pœnum; thesaurus vero accessoriū quid.

VIII. Sed hactenus de remissione: nunc de pœna. Nullam enim culpam per indulgentias condonari oportet, exceptis paucis; qui de vehiali culpa nonnulli gruñunt, in gratiam plenioris indulgentiae, ut post visum sumus. Sed Greg. de Valencia, punct. 3. *Nostandum hic est, per nullam quantitatem plenissimam indulgentiam remitti etiam culpam, ne veniale quidem.* Quod si in aliquib formu indulgentiarum dictum sit condonationem fieri. & à cuius, & à pœna: eatenac tamen a culpa dicitur, quia conceditur facultas eligendi confessarium, qui absoluat à quavis culpa.

IX. Quo igitur sensu tandem audimus saltem remitti pœnam? Quære di causa: quia, pœna alia est diuina, à Dei sententia, alia humana: & hæc Ecclesiastica, quæ imponitur auctoritate Ecclesiastica: vel priuata, quæ sibi quisque sumit pro arbitrio: pœnam Ecclesiasticam iterum distinguunt in pœna fori externi, & interni. Illam, quæ infligitur maxime pertinacib. & rebellib. hanc vero quæ pœnitentibus & confessis.

X. Dic pœnam Ecclesiasticam, viam tolli, alteram minime; admonet Bellarminus c. 7. li. 1. prop. 3. Nec pœnas, quæ in foro externo, & contentioso, siue Ecclesiastico siue seculari insiguntur, indulgentia tollere possunt. Propos. 5. *Quoniam in forma indulgentia patet exprimitur, concedi remissionem pœnitentia iniuncta non intelligitur concedi, nisi remissio eius pœnitentis, quam Sacerdos in Sacramento confessionis iniunctis. Contentiunt omnes.* Et vero hic vñius indulgentiarum & primus fuit & proprius; si quis fuit vñquam proprius earum vñus. Quia enim pœnitentia publicè tempora erant admodum longa, si quis ante suum tempus expletum, veris argumentis se vere pœnitere fidem fecisset, poterat tempus contabiri; maxime in mortis periculo. Et hæc olim fuit indulgentia, quæ paulatim ad alias occasiones est ampliata.

XI. *Et sane tum temporis nullum fuit pœna iniuncta, siue iniuncte discriben;* quia nimis nemo pœnas nondum impositas vel somniabat esse relaxandas. Sed celebris hæc facta quæstio est inter Papistas: & discessum in partes. Alij vñramq; comprehendendi voluerunt. Supplementum Thomæ, art. 1. *Dicendum quod valent & quantum ad forum Ecclesie, & quantum ad iudicium Dei, ad remissionem pœnae residua post contritionem & abolutionem, & confessionem, siue si iniuncta, siue non.* Quæ verba descripsit Ioan. de Turcremata. Nicol. de Orbellis, *Valent quantum sonant, pura quadragesima dies indulgentia valent quadragesima dies pœnitentia siue si iniuncta, siue non.* Loricinus, *Indulgentia non dantur duxata pro inianctis pœnitentie, sed & pro iis quæ erant iniuncta, si eas pœnitentes possent implere.*

XII. S. d. contra. Latomus definuit, indulgentiam nihil esse aliud, quam relaxationem pœnae arbitrio Sacerdotis, & canonum pœnitentialium impositas. Klingsius videtur accedere, *Indulgentias concedere, iniungit, non est aliud, nisi animam ligatum vinculo peccatorum, & obligant ad pœnam satisfactory pro peccatis debitam, soluere: nisi forte ambigua ista sint in viram.* Sed certe Caetanus disputauit, capit. 7. tractatus i. Non parva, inquit, intelligentia opus est ad evidenter habendam de pœnitentia, à qua absoluta indulgentia, dum sacri Canones, non nisi de iniuncta mentio nem faciunt: doctores autem ad iniunctas & non iniunctas extendunt. Et licet doctorum opinio, quam etiam sequutum se dicit diuinus Thomas, magni facienda sit: quia tamen huius rei veritas ex facto pendet, & in facto consistit, & acris Canonis solum de iniuncta faciunt mentionem: ideo sciendo certum, & dimittendo incertum, definita est indulgentia, quod est abolutio à pœnitentia iniuncta. Et paulo post, *Est ergo iniuncta pœnitentia & principalis, & sola materia indulgentia secundum sacros canones intellecta.* Angelus, *Valent quoad pœnam impositam à Sacerdote, secundum partem, vel totum, prout sonant: & hec est vera opinio.*

XIII. Bellarminus, propositione 6. distinguit, *Quam non fit mentio;* inquit, *iniuctarum pœnitentiarum sed absolute conceduntur indulgentias, intelligendum est, condonari omnes pœnitentias, siue iniuncta sunt, siue iniuncti portuerint.* Consentit Gregorius de Valencia, punct. 3. Et vero iniunctas in bullis non raro expressis pœnitentias iniunctas. In Speculo Minorum, Bulla Sixti quarti, anno 1477. *Triginta annos extotidem quadragesima de iniunctis eius pœnitentia, misericorditer indulgetur.* In bullis Sancti Spiritus ad Rhodanum, apud me, *Ne non septima pars remissionis pœnitentiarum iniuctarum, & pro peccatis pœnitentiarum non competerunt.* In alijs vero in indulgentia non minantur simpliciter: vt in eiusdem Sixti bulla pro Paterio Mariae, in Speculo Minorum, *Pro qualibet quinquagena prefati Psalterij, quinq; annos extotidem quadragesimas indulgentie misericorditer in Dominum relaxamus.* Nec aliter in Bullis Monasterij S. Sebastiani in Catacumbis, quæ sunt apud me, *Concessit omni die septem milia annorum indulgentiarum.* Significat ergo Bellarminus aduentum stylum: & si pœnitentie notentur iniunctas, non profertas vñterius indulgentias at si simpliciter leges indulgentias tunc etiam iniungendas significari.

XIV. Sed Caetanus, primum non nullos docet extitisse, qui ne iniunctas quidem paterentur. *Agere alibi intelligi, sed iniunctas: nimirum, explicantes de pœnitentia iniunctis, id est, etiam iniunctis, ut sensu esset, non tantum iniungendas remitti, sed etiam iniupetas.* Deinde impugnat ipse Bellarmini subtilitatem, *Quando non exprimitur, inquit, an ab iniuncta, vel non iniuncta pœnitentia liberat, intelligitur de iniuncta, quia, verba iudicis sunt intelligenda secundum formam iuri, in iure autem solum sit mentio de iniunctis, igitur de iniunctis tantum pœnitentia intelligenda est indulgentia data simpliciter & abolute.* Et paulo post, *Nec obstat, quando sit plenaria indulgentia: quoniam extitudo etiam plenissima non mutat substantiam, sed auget quantitatem ius in substantia, ut patet.* Et propterea, si pœnitentia à qualibet indulgentia, est substantia literis pœnitentia iniuncta, quantumcumq; indulgentia sit plenissima, non liberat nisi ab iniuncta.

XV. Sed illas ipsas iniunctas Gregorius de Valencia intelligit, de pœnitentia, cum decretis in antiquis Canonib. cum impositis unquam à Sacerdote, supponendo etiam quod rigor omnis iuxta qualitatatem peccatorum imposita sint. Verumtamen Caetanus tibi illas à Canonib. decretas. *Si queratur, an intelligatur hic de pœnitentia iniuncta, tam à iude, quam à iure, an de iniuncta tantum à iude responderetur, quod quoniam à iure nulla sit pœnitentia iniuncta, sed tazata iniuncta à iudeo dicendo, quod liberat solu ab iniuncta, soluta est questione.* Et probatur quod dicitur, quia ad pœnitentiam iniunctam ille cuius iniuncta est tenetur: nullus autem tenetur ad pœnitentias taxatas in canonibus pœnitentia.

## DE SATISFACTIONIBVS ALIENIS.

*italibus nisi sibi specialiter imponuntur: igitur pœnitentia illa non sibi iniuncta.*  
Neque Bellarmino alia mens, c. 7.5 propo-

XVI. Hocloco obseruandæ due in omnem euentum cautelæ. Prior est, ut dum contendunt Sophistæ, impositæ ne tollantur tantum, an vero imponendæ etiam; qui vi volet indulgentiis, postulet grauius si bi pœnas à confessore imposi: quibus statim exoneret se in suis Satisfactiones Sanctoros. Nimurum, quia si verum est, non tolli nisi impositas, quanto minores erunt impositæ, tanto minor erit indulgentiarum veritas: & ille quanto maiores, tanto hæc maior. Hanc cautelam repetit Paludano Gregorius de Valentia, punct. 3. Neque vero est contemendum consilium Paduanii, qui moneret, ut quando indulgentia conceditur tantummodo in iunctu, postuleret pœnitens à Confessore sibi ieiunari in iunctu pœnitentiam, ut per eam scilicet, si forte de præterit instanti actu iunctu concedatur, multum de pœna debita redimere posse, ut illud totum illi per eam indulgentiam relaxetur. Paludanus ramen alter verba erat, quæ recitabant ab Adriano, si de pœnitentiis iunctis tantum intelligitur, tunc homo lucraturus indulgentias deberet prius confiteri, & facere ei in iungi tot dies in pane & aqua, quod habet illa indulgentia sub disunctione. Et tunc si intentione sequitandi & satisfaciendi vadat illuc, tantum sibi valeres sic ut illi dies si fecisset. Semper enim tutius est, ut pœnitentia ieiunatur sub disunctione & quipollens indulgentia: & tunc erit magis securus de indulgentia, quam de pœnitentia: quod magis potest scire se fuisse in bono statu una hora, quam multo tempore. Laudio prouidentiam. Sic enim Aëtopum dicunt ab hero postulasse sibi cibariorum onus imponi, quod erat valentissimo destinatum: quum sciret, eo se in iura paucum tempus exonerandum. Id scilicet fuerit Diabolo illudere.

XVII. Altera cautio. Etiam suppositis indulgentiis consultissimum esse cuique pœnitentiam implere sibi impositam. Angelus, in extrema quaestione prima, Ex quo patet, quod ille cui imposuit Sacerdos pœnitentiam septem annorum ieiunandorum, accipiendo indulgentiam septem annorum absoluimus, licer melius si eam facere: & hanc pro purgatorio referuare pro resilio. Si imposta non fuerit condigna. Quæ lententia erat Panormitanæ, teste Acrano, qui tamen cum finem non probat, & alium substituit. Quod autem addidit Panormitanus, cautius esse, quod quis reservet indulgentias pro pœnitentiis illorum peccatorum, quas hic perficerere non potest, non videtur: quia securius est, per indulgentias pœnitentiam ieiunctam redimere, & nihilominus & que opera penalia perficerere pro residuo pœna eiusdem, vel alii peccatis debita. Quincedam Bellarminus ita docet in via eius, fol. 1.c.7. extenso. Hoc tempore, qui se parant ad indulgentias consequendas, confiteri solent peccata Sacerdoti, & ieiunctam satisfactionem impiere.

XVIII. Amplius. Gregorius de Valentia, punct. 3. Notandum, neque per hanc indugeniæ a formam, scilicet de ieiuncta pœnitentia, neque per ullam aliam quantumvis amplam, & generalem, relaxari obligationem qua, propter integratem Sacramenti tenetur. confessarius autem pœnitentiam pœnitenti in ieiungere, & pœnitensem implere, ut recte censuit Paludanus: quicquid contra videantur pleriq; alij opinari. Et vicias in ecclie non indigenter, firmitat argumentus. Quodcaut obligatio iuris diuini. Quod alioquin truncatur Sacramentum vna sui parte, Satisfactione. Quod ita habeat vñus Ecclesiæ, is nempe, quem Bellarminus dixit. Quarto, quoniam aliqui per usum indulgentiarum, quæ varia passim in promptu extant (id est veniales prolati) possint aliquis licite subterfugere per totam vitam omnino studium satisfaciendi. Quinto, quia nemini est infallibiliter certum serere vera consequi beneficium indulgentia: atq; ita non mirum si adhuc propter integratem Sacramenti, renatur per propriam etiam satisfactionem dare oportet, ut se liberet à reatione iudicio Dei debita.

XIX. Et quanquam durias videatur sentire Gregorius de Valentia: quia, ut monet Adrianus, tenet glossam in capite, quod autem, quod non tenetur de necessitate, sed de honestate: tamen non potest, non prudevit, plenum laudari coniunctum. Eo n. certus, inquit ille id quod assequetur, quo plurib. utetur mediis: atque ideo minime frustra & inutiliter id præceptum adimplebitur. Quemadmodum, et si quis probabiliter accerto, moraliter putet se per supernaturalem dilectionem Dei super omnia assequetur, quæ diuinam gratiam, tamen quia id non est ei infallibiliter certum, nihilominus potest utiliter, & tenetur suo tempore per actum etiam pœnitentia procurare gratiam diuinam, id olim dicebant, opinor duabus sedere tellis. Id Graeci erat, διαλλαγή ζεύς.

X. Hacenus Ecclesiastica pœna. Quid priuata? Bellarminus, cap. 11. lib. 2. De pœna sponte suscepit, respondens, non debere eas relaxari, quatenus viles sunt ad nouitatem vita, & carnis mortificationem, sed posse viles relaxari, quatenus sunt pœna debita peccatis. Vile est non carere illo debito sine reatu. Quibus in verbis, quis, quælo, lenius mest? aut, quæ rotunda responsio, ad propositam questionem? Aut, ego nihil assequor, aut, omnino hæc immota est prævaricatio, aientis, negantis: aut eius denique, qui se nollit intelligi.

XXI. In primis, quid illud est: quatenus sunt pœna debita peccatis? At nos de spontaneis quæ rebamus. Sic enim Lutherus describatur. Afflictiones, quæ sp̄ōte suscipi debent ad fructus pœnitentia faciendo, quæ sunt argumenta nouæ vita. Quid hoc monstrat? Pollutum eadem esse debitæ, & spontanea, hæc arbitriæ? Nam hoc genus est pœnarium priuatarum: ut afflatur, qui volunt: qui nolet, omittat: nec aliud vñus in ipso superstitionisimo Papismo. Sed esse, inquit, eas pœnas debitas peccatis non est commentum: sed sententia Scriptura. Demus, inquam: sed, cur vos igitur, arbitrarias appellatis? cur non & ipsi, debitas dicitis? cur non omnes cogitis ad ieiunium feriæ quartæ, itidem, ut sextæ, & sabbati? Cur non omnes ad scopas, itidem, ut ad folios pisces, in quadragesima? Curnon ad peregrinationes: itidem, ut ad confessionem? Sic enim oportet, si sint debitæ. Verumtamen vnde sententia illa Scriptura: Ide dicuntur afflictiones illa fructus dignipœnitentia, Luc. 3. quoniam tales esse debent, quales requiruntur ab illis, qui digne pœnitentiam agunt. Eia, actum agimus: & candem ferram reciprocamus. Atqui neque de afflictionibus Baptista sermo fuit: neque argumenti eius vñus est: non n. tales esse debeant, quales requiruntur, ab ijs qui pœnitentiam digne agere debent, ideo sequitur, est pœnas peccatis debitas. Sed id alias astatum est.

XXII. Deinde, quid est, non debere relaxari, quatenus sunt viles, sed posse quatenus sunt pœnae? Primum, cur non vtrinque posse dixit, aut vtrinque debere? Nam hæc terminorum variatio imposturam olet. Nisi for-

tes sic intelligat, ut sensus sit, posse autoritatem, quæ non debeat ratio: ut tyranus crebrum: qui ex iure unum spoliare debent; et si vi in multis quotidianis spoliant: quod & latronibus perpetuum. Sic, in hac ipsa indulgentiarum disputatione nonnulli, eti concedant peccare Papam, indulgentias concedentem absq; legitima causa, tamen concessas nolunt esse irritas. An igitur negat, si debere priuatas istas pœnitentias relaxari, & tamen de facto relaxari? Optime: nisi nos de Religione ageremus, in qua non debere, idem quod non posse.

XIII. Rursus, quid illud, quatenus viles, & quatenus pœnae? Vel enim separat genera satisfactionum, ut aliae sunt viles mortificando corpori; aliae sunt pœnae: vel in ipsis pœnae varios tantum distinguunt respectus. Si genera separant: ergo quæ pœnae sunt, non erunt viles mortificando corpori: & quæ viles mortificando corpori, non pœnae. Et, quid opus erat, viles nominare, quæ nulla erant in questione, sed tantum pœnae? Quanquam sic separari genera satisfactionum, non crediderim à Papistis, qui & suas satisfactiones etiam imperatas hocius praetextu commendant; quod & pœnae sunt peccatorum, & valde carnem doment.

XIV. Superest ergo, distinguiri varios respectus. Sed hoc vel nigeriorum, vel absurdum. Nam quæstio de se agit, quæ non potest nisi aut tolli, aut non tolli: At si tollas, quatenus pœna est, profecto non relinquis, quatenus est viles: & si ponas, quatenus est viles, certe non tolles, quatenus est pœna. Itaque Sophista, sic respondens, idem ait & negat. Festiuæ: quasi, quum Papam negant errare, quatenus persona est publica: sed concedunt, quatenus est priuata. Euge: euscheme fânia. Quod si hoc non placet: at illud saltem superest, ut significet tollendi, ponendique varias adferri causas posse, quarum cuique pondus sit arbitrarium: ut si consulenti cuiquam mercatori de nauigatione, respondeas, bonum esse nauigare, ut paupertatem fugias: sed & non nauigare bonum, ne naufragium facias; tum tu mercatori nihil certi pronunties, sed optionem dabis, vitrum malit, pauperiem fugere, an se tempestibus exponere. Egregiam vero subtilitatis laudem, Comicus diceret, fecisti probe: incertior sum, quam dñndum.

XV. Pœnas diuinæ Bellarminus distinguunt in naturales, & personales, cap. 7. libr. 1. & has remitti, illas minime. Sciendum est, inquit, duplex esse vinculum, sive debitum, sive reatum peccati: alterum culpa, alterum pœna. Rursus autem, reatum pœna iterum esse dupicum: alterum, pœna naturalis, quæ consequitur originale peccatum, qualis est mors, morbus, ignorantia, concupiscentia, & similia: alterum, pœna personalis, quæ consequitur peccatum actualis qualis fuit, pœna immissa in populum ob peccatum Davidis. Paulo post, prop. 2. Per indulgentias non liberamur à pœni naturalib. Elib. 2. c. 1. Demonstramus, inquit, per indulgentias non remitti pœnas naturales, id est, quæ sequuntur originale peccatum, & coti generi humano sunt communes: sed pœnas illas duntaxat, quæ sequuntur peccata a personalia, & eas nō omnes: sed eas tatum quarum sumus rei in foro pœnitentiarior: non autē eas, quas debemus in foro exterioro. Et paulo post. Quam igitur, inquit, pœna tollit indulgentia? Illam quæ in foro pœnitentiarior infligitur, quæ voluntari adimpletur, ad quæ imponendū non cogimur nisi timore Dei, & stimulo conscientia. Hac enim est, per quam Dominus satisfacimus, & cui succedit, nisi in presenti Domino satisfiat, purgatorijs pœna. Magnum intortum! & forte in eo nunc laborant Alchymisti Papistici, ut rationem inueniant, quomodo carent etiam pœnas naturales: quomodo Papistæ Alchymisti nunc toti sunt in eo, ut ne podagram quidem & quartanam non sibi subiiciant. Nam profecto vñhi ex horum morborum, sic illi ex illarum pœnarum curatione, poterunt sibi montes aureos polliceri. Exspectemus. Nondum enim exhausta est Sophistice, magis quam Alchymia.

XVI. Sed quid ergo? Non dimittuntur ex ipso pœnae, pro quib. satisfactiones institutæ? Sic enim sonare videntur Bellarmini verba. Nam profecto non infliguntur in foro pœnitentiarior. Auger difficultatem Latomus, qui indulgentias nihil dicat esse aliud, quam relaxationem pœnae arbitrio Sacerdotis, vel Canonum pœnitentialium imposita. Caietanus, esse absolutionem ab iniuncta pœnitentia in foro pœnitentiali. Pœnitentia siquidem, neque dici potest pœna à Deo retenta, neque in hanc arbitrio Sacerdotis vñlius est. Scilicet, hac fuit olim boni Gerlonis sententia, considerat. 2. Potestas clavis judicialis non extendit se principaliter & directe ad diminutionem pœnae, nisi illius, quam inflixit, aut infligere potuit, cuiusmodi sunt pœna excommunicationis, & quarumcunque irregularitatum, inhabilitationum circumscriptionis aetatis Ecclesiasticos, aut ciuitates. Ratio, quo ad partem quæ excepit affirmatine, quia cuius est condere, huius est destruere vel interpretari. Sed negativa patet per idem argumentum à contrario sensu deductum.

XVII. Sed vñcunq; sua verba Bellarminus effutur: at non tamen ei mens illa. Diserte enim, proposit. 4. c. 7. lib. 1. Indulgentia liberant homines à reatu pœnae, non solum coram Ecclesia, sed etiam coram Deo. Vnde Gregorius de Valencia, deinceps, relaxationem pœnae temporalis iudicio diuino peccatis actualib. post remissionem culpam debitæ. Inde etiam omnes producunt ad purgatorium vñque. Imo Roffensis. Quamdiu nulla fuerat de purgatorio cura, nemmo quis suit indulgentias: nam ex illo pœdet omnis indulgentiarum existimatio. Si tollas purgatoriū, quorsum indulgentiis opus erit? His n. si nullum fuerit purgatoriū, nihil indigebimus. Si ergo Roffensis non est fides fluxa: nec ullam est statui, non tantum ad iudicium diuinum indulgentias diuinæ pertingere, sed etiam hancillarum inueniendarum propriam, atq; vñcam causam escrivo vñcum operæ pretium.

XVIII. Sed Caietani in diuersum abit sententia, tractatus 16. quæstione 4. Pro peccato commiso, inquit, tenetur ex diuino præcepto homo satisfacere, sed non determinate per istam, vel illam pœnam: nam potest satisfacere per elemosynam, vel per ieiunium, vel orationem: & pro eodem peccato tenetur, ex iniunctione Sacerdotis imponentis, satisfacere per determinatam pœnam, puta ieiunium septem annorum. Nec tenetur pœnitens ad duas pœnas, alteram satisfactoriam apud Deum, & alteram satisfactoriam Ecclesie: sed implendo iniunctam ab Ecclesia, satisfacit Deo & Ecclesie, vel pro tota pœna debita illi peccato: si imposta à Sacerdote adiquat debitam secundum diuinam iustitiam: vel pro parte illa quæ correspontet imposta, si pœna imposta minor est illa, quæ secundum diuinam iustitiam determinanda erat. Et post: Ex hoc manifeste sequitur, quod indulgentia absoluenda ab iniuncta pœnitentia, absoluunt non solum à vinculo per Sacerdotem aut canonem appositum: sed etiam à pœna.

*Propter temporalia, debita secundum diuinam iustitiam peccato, quanta corrispondet illi aquisita indulgentia. Hactenus Caietanus, curis tentientia summa est: Indulgencias proprie & primo remittere satisfactio[n]es impositas autoritate Ecclesiastica: sed secundario & q[ui]t[em] auct[us], etiam p[ec]cata retentas a Deo, nempe, quia pro istis illae erant impositae. Non Tornaliter a lupu[m] sequitur, lupu[m] ipsa capellam. Tempore[m] p[ec]cata satisfactio tollit, satisfactio[n]em indulgentia: hoc est, Deo voluit peccator imponere, peccatorem iplum Pa-  
pa Ag. p[er] os Exxvi.*

## CAP. V.

## *De Mensura Indulgentiarum.*

I. **M**ensuram expediturus, incipiam à gemino Klingii consilio, vtroque  
reperito ex Gersonis considerat. 12. saluberrimo illo quidem, impi-  
misque Ecclesie Romanæ necessario. Atque adeo, si virumque obseruatum  
fuerit. Sed nunc quidem temporis inutilia vota sunt, post tam vastam tanti  
ærarii direptionem.

II. Prius consilium ad modestiam pertinebat eorum, in quorum gratiam tantus erat apertus thesaurus: Consilium igitur sanum est, inquit ille, quod absque curiosa discussione de praesiva vel crudens & certa quantificatione (δ elegantes indulgentiaris!) seu commensurazione huiusmodi indulgentiarum, studet homo prius tales acquirere secundum qualitatem sua & vocationis. Pondus autem valoris illi relinquere, quia omnia facit & fecit in numero pondere & mensura. Recete: quid enim attinet? imo quis ferat, egenos inquirere in sibi concessa beneficia, & gratis concessa? Quin adorent, munificentiam: & caueant calumniari, quorum vestigia, si sapiant, adorent potius. Quæ enim impudentia est, nolie nisi suo arbitrio sibi bene fieri?

III. Alterum confinium eos attingit, quorum in manibus indulgentiae sunt: *Necessarium est ut concessores indulgentiarum, suas concessiones ita moderentur, vt nec divini & iustitiae per nimiam misericordiam derogetur: Et ne scandalum, maxime pusillorum, in multiplicandis indulgentiis ex leui causa prebeatur.* Probe: est enim geminum illud periculum non indignum diligenti cautela. Ne derogetur iustitia diuinæ. Nam istæ est videlicet in manibus horum concessorum: quos, si libido incelleret, ut Purgatoriū totum liberet vacuare nemus: næilli magnū Deo negotium faciliherent, ut non facile iustitiam suam tueretur. Quid enim faceret? Consentire tam profusa liberalitat? Ad rem res rediret, vacuato tam ampio ærario. Obfitteret. At illi opponerent, concessum priuilegium elatium; potestatem ligandi & tolendi. Deum vero non decer, ne in inconsideratis quidem promissis, reuocare quo semel est emulsum, testibus grauisimis poetis.

IV. Nescandalum præbeatur pusillis. Nam, et si iam prohibiti sint quicquam inquirere: tamen id consilium est, non lex. Tum autem, ne legum quidem sanctitas obstat potest, quo minus in abutentes autoritate sua præfectos, non populus tantum, sed plebs etiam inquireat, exuatque cæcam obedientiam. Atque adeo suo iam experimento sapere oportet, & continere libidinem Pontifices Romanos. Hæc enim indulgentiarum prodigalitas, Lutheri occasionem præbuit, totam & impugnandi, & ferme etiam expugnandi tyrannidem Romanam. Certe iam tum fluere & retro sublapsa referri spes Danaum. Vixque adeo nominari posunt indulgentiae absque suspiris, & solenni exclamatione εἰς ἀφελή Αγαῖος.

V. Mensuræ rationem arbitriam dicunt. Durandus: *Ecclesia de hoc thesauro potest communicare alicui, vel aliquibus, pro eorum peccatis, in parte vel in toto secundum quod placet Ecclesia de hoc thesauro plus vel minus communicare.* Clemens Sextus in Confirmatione Iubilæi: *Hunc thesaurem per beatum Petrum cœli clauigerum, eiusque successores, suos in terris vicarios, commisit, fidelibus salubriter dispensandum: & propriis & rationalibus causis, nunc pro totali nunc pro partiali remissione pœnæ & temporalis pro peccatis debite, tam generaliter, quam specialiter, prout cum Deo expedire cognoscerent, misericorditer applicandum.* Hac occasione retrocandum in memoriam, quod prius obseruatum, Pontifices concedere has indulgentias ex paterna lenitate, ut Bellarminus: pastorali caritate, ut Klingius dixit: ut concludamus, non esse in omnes Christianos aqualem hanc, sive paternitatem, sive pastoralitatem. Oscillerat beatos illos, quibus ille fauet! Næ his non multum erit à suis peccatis molestia, vel quotannis, vel aliter cento temporis curriculo.

VI. Ab hoc arbitrio Indulgientia distinguntur: primo, in perpetuas, & temporales: deinde, in plenarias & partiales. Perpetuae sunt, quæ certis anni diebus ita sunt constitutæ, ut recurrent. Temporales vero, quæ semel duntaxat fiunt. Illas Paludanus perennes vocat; vnde mihi nata distingendi occasio, confirmata ipso vsu. Nam indulgentiarum, vel in annum integrum à Papa; vel in dies quadraginta ab Episcopo, semel duntaxat: dantur etiam in anniversario eius confectionis in perpetuum.

V.II. Plenaria sunt, quibus quiquid est, aut esse potest satisfactionum & plenarum simul & semel condonatur. Partialis autem quæ minutim & ~~peccata~~, peccata dislocat. Quomodo in nundinis toti boues veneunt: in macello autem per partes. Este porro plenariam aliquam indulgentiam manifeste probat Ioannes de Turrecremata, artic. 7. *Quia sic est practica Romani Pontificis, qui non est credendus in hac parte velle illudere fideles, dando ei plenariam indulgentiam, quam non posset dare.* Optime: nihil certius candore, aut constantius sinceritate, aut sanctius fide Romani Pontificis. Quin maligne Cardinalis ille restrinxit, non simpliciter negans, velle illudere, sed in hac parte: quasi restrictione opus esset. Sed consulatur idem ille Pontifex, qui solus legitimus testis est suæ voluntatis: respondebit, absque ullo dubio inquit, velle cuiquam illudere: ne tunc quidem, quum Regibus Hispanie & Lusitanie, diuisit orbem, quem nouum dicunt; et si reclament hodie importuni Bataui, qui mare liberum clamitant. Non olim, quum iratus Ludouico duodecimo propter Concilium Pisanum, Regnum Gallie donauit primo occupanti; eti donatio rata non fuerit. Ne Rudolpho quidem impo-  
suit, cui donauit Germanicum Imperium, iratus Henrico quarto: quan-  
tus ille in prælio cæsus, misere vitam finierit.

VIII. Solet quidem indulgentia plenaria dici culpæ & pœnae. Verum quia iam constitutum, nihil ad indulgentiam cuiuspias pertinere; immo, eas necessitate sit condonatas supponere: ideo Ioannes de Turecremata sic assertuit non propter, sed improprie dicit: quia detur optio Confessoris, qui absoluat à culpa: quod etiam Bellarmino non displicuit. Quanquam Ioannes ille, non ut communem sensum omnium, sed ut priuatum quorundam invenitum annotat: *Aliqui voluerunt, inquit, secundum hoc salvare modum illum nominationis à culpa & pœna: ita ut dicatur indulgentia à culpa, ratiocines facultatis data eligendo confessorio absoluendi ab omnibus, etiam confessores rotanti.* A pœna vero nominatur indulgentia: sicut ab obiecto circa quod se propria operatio ipsius indulgentia: oritur etiam ad remissionem fœt a debito pro actualibus culpis. Vnde videri queat non possit hanc uniuersitatem veritatem, sed *Cædil. Paganus*, quorundam astuorum paulo, qui hac arte sperari posse leniri, quod aliquo durius erat. Sed perinde est, dam tandem aliquando amplexi sunt omnes: & præcipue leuitate, quorum in huicmodi rebus emunctissimæ nares sunt: autoritas vero tanta, ut omnibus æquari queat.

<sup>1</sup> IX. Plenariam triplicem dicunt, & eleganter nominant, plenam, plenariam, plenissimam: obscure tamen, adeo ut discrimina vix constent. Gregorius de Valentia: *Omnia ista nomina, quod attinet ad ipsam indulgentiam rationem, significant idem indulgentia genus; nempe illud, tota & ea debita remittitur: licet olim quidem varia & incerta fuerint opiniones doctorum de differentia plenarie, plenioris, plenissime indulgentiae.* Bellarminus cap. 9, lib. 1. *Indulgentia plenior, vel plenissima, etiam in Iubilso, re vera non differt a plenaria, simpliciter & absolute concessa.* Et sic arguuntur Scholastici *persicatio*, inutilis, quæ inani vocabulorum affectatione illuserit Christianizati. Quanquam est quod succenseamus his Jesuitis, qui non docuerint plenus, quomodo possit quod plenus est, quodque plenissimum, differre ab eo quod nonnisi plenum est. Imo, iudicatores ille, qui dicat, idem esse, quod attinet ad ipsam indulgentiam rationem: nam Bellarmino ignoramus, qui, quem re vera negauit differre, concilii videetur falsa. Sed ille debuit rationem exprimere aliam differentiam: non ex infinita negatione incertos lectores dimittere. Quid enim? differentia plenior a plena, quod attinet ad rationem arboris aliquus, aut montis, aut fluminis?

X. At alii differentiam, imo, differentias assignare conati sunt. Paludanus, cuius verba descripsit Ioannes de Turrecremata: *Quomodo distinguantur illi gradus, quoad remissionem pœnae, non appareat: nisi dicatur plena, respectu mortalium: plenior, respectu pœnae iniunctæ mortalium, & venialium: plenissima, respectu pœnitentiarum iniunctarum, & iniungendarum, id est, qua ferunt iniuncta, & debuerunt & potuerunt iniungi. Vel sic, quod plena sit, respectu pœnae mortalium: plenior, respectu & iniunctæ mortalium & venialium: plenissima sit, respectu culpe venialium: quod potest dimitti pœna mortali debita, non remissa pœna debita ventiū: sicut & culpa: & potest solvi & ea unius peccati, alia non soluta. Satis fabre ad fabulam: nisi leucus censor intercederet Bellarminus, qui: Neque solida est, inquit, illa quorundam distinctione, quod plena referatur ad solam pœnam peccatis mortalibus debiti: plenior addas remissionem pœnae debitis peccatis venialibus: plenissima adiungat absolutionem non solum à pœna, sed etiam à culpa, saltem veniali.* Et certe peccata venialia in censum venire indulgentiarum, & tanto, quidem fastu nominum, plenarum, plenissimarum: quorum tamen in Confessione, aut nulla, aut vixylla ratio habeatur, incongruum est. Netamen omnino somniasse, & nihil nisi somniasse viderentur boni viri, qui hac tam elegantia gradatione sunt electati, Posset, inquit, fieri, ut Bonifacius octauus, qui primus ijs vocibus usus est (gravis autor scilicet, & cui, in tanta ambitionis vehementia, fraudum affectatione, bellorum etiam cum Gibellinis ardore, non vacauerit ludere, aut illudere: vir denique dignus, qui cum in tenebris miceat) reuelerit plenam ad remissionem totius pœnitentie iniunctæ: plenioram, siue longiorem, ad remissionem totius pœnitentie, que secundum canones iniungi debuissent: plenissimam, ad remissionem totius pœnitentie, qua ad diuinum iudicium posset exigiri. Quod commentum si Papistis adlubeatur, siue propter rei evidentiam, siue propter viri autoritatem, siue aliam quamcunque ob causam, ut tandem definant in tanto ancipitum sententiarum fallo fluctuare, esto sanc: & nos acquiescamus, bonus aubibus.

XI. Ad plenarium Indulgientiam Iubilæus pertinet; Papismi corculum & delicie: peccantium asylum: Purgatoriis micror: Diabolorum terriculum: Ecclesiæ Romanæ emporium: Paparum trium: his: & quid non? Videtur Bellarminus quasi *etiam utrum* Indulgientia considerare: subiiciens eius etymon etymo illius. Sed re vera nunquam nisi plenarium sonat: & quasi vniuerfales re. nmissionum nundinas, primo omnium institutas à Bonifacio octauo, bono illo patre Christianitatis, cuius summæ virtutes vulgatae sunt proverbio, *Intravit ut vulpes, regnauit ut leo, mortuus ut canis:* telle Gobelinus. Hic Indulgencias, itidem ut olim Romæ Iudeos, voluit esse seculares, atque ita Iubilæum excoxitauit, & instituit, ut loquitur Gobelinus: *Ei vitium solius pietatis gratia exclamat Krantzius, Saxonie lib. 4.c.26.* Habes eius Decretales, in Extrauagantibus communibus lib. 5. tit. de pénitentiis, & emisionibus c.1. *Omnibus præsenti anno 1360. a festo Nativitatis Domini nostri Iesu Christi præterito proxime inchoato, & in quolibet anno centesimo octauuro, ad Basilicas ipsas accedentibus reverenter, vere pénitentibus & confessis, vel qui vere pénitentib[us] & confitebuntur in huiusmodi præsenti, & quilibet centesimo sequuturo annis, non solum plenam & largiorem, imo plenissimam omnium suorum concedemus & concedimus veniam peccatorum.* Id autem, ad exemplum, inquit Platina, *testamenti veteris.* Et vero inde mutuatum non men. Iudeis enim Iubilæus erat, quini & aris alieni tabulae nouæ fierent, & eritis libertas concederetur, & agris ipsis quies sua permitteretur: unde visa allegoria plausibilis à debitis pecuniaris ad debita peccatorum. Itaque Krantzus, Metrop. lib. 8. cap. 48. *renouauit, inquit, Iubilæum.*

XII. Ceterum, Iubilæi Iudæi & Bonifaciani differentia fuit, quod iste se  
ularis esset, ut dixi: at ille duplo frequentior, utpote annis quinquagenis re-  
currens. Verum hanc differentiam non passus est esse perpetuam Clemens  
extus: Hic enim petentibus Romanis, inquit Platina, ut quemadmodum Bo-  
nifacius oī annus olim concesserat, ut centesimo quoque anno (quod scilicet annu-  
tui appellabant, unde ludi seculares nominati sunt) plenam peccatorum o-  
mnium remissionem vissimib[us] limina Apostolorū Petri & Pauli, quinqueagesimo

## DE SATISFACTIONIB. ALIEN.

Quoq; in uno id fateret, libenter annuit: quum dicerent, statem h: mid. m Iubileum illum centum annorum attingere non posse. Habetur Decretalis iubilata Decretali Bonifacii: in qua affectat Clemens eam Iudaici Iubilati affinitatem, quam Bonifacius videbat refugisse, instar eorum qui Pascha celebrari noluerunt ipsa decimaquarta luna. Nos attendentes, quod anni usus quinquagesimus in lege Mosaica, quam non venit Dominus solvere, sed spiritualiter adimplere, Iubileus remissionis & gaudii, sacerque dierum numerus, quo fit remissio censobatur: & paucis interpositis, concessionem indulgentis ex prescriptis & aliis iustis causis ad annum 50. duximus reducendam. Krantz in Metropoli, lib. 9. c. 43. Iubileus hoc tempore, ad verum Israelitarum Iubileum, hoc est, ad annum quinquagesimum reducitur, in quo septies septem quadragesima nonum constituent, ut proximus quinquagesimus sit versus sabbathisimus, & tribuens plenam remissionem peccatorum, quod in veteri populo significabant possessionum libertates, debitorum relaxations, qua iniucem fratribus prestare iubebantur in lege Moysi. Rationabilis ea visa est omnibus Iubilai institutio, quod ad figuram Veteris Testamenti aptaretur: & quod breuis hominum vita, ad certesimum pertingere non posset.

XIII. Et hunc tam ipsum dimidiatum numerum, longiorem aequo reputans postea Paulus secundus, iterum dimidio minorem esse iubebat: sed morte occupatus, efficere non potuit. Itaque successor Sixtus quartus perfecit: Quum vero annus Iubileus instaret ( ait Platina ) quem ex quinquagesimo ad vigesimum quintum contraxit, primusque anno salutis millesimo quadragesimo septuagesimo quinto celebravit, annum ad religiosalocu, & peregrinam multitudini ad urbem ventura opportuna, instauranda adiecit. Et mutandis ratio. Id fecit ( inquit Polydorus Virgilinus, de Iuuentoribus lib. 8. c. 1. ) ut quaque etas eius munera diuini particeps ficeret. Habet Decretalem eodem Extrauagantium titulo, & quidem cum suspensione omnium aliarum indulgentiarum, quae vbiique terrarum, aut erant, aut esse poterant, ne cuiquam lustrarentur eo anno; atque ea ratione huic Iubilao fraudi essent. Sic enim, puto dictum, Vbi maior, minor cessat.

XIV. Hoc tandem gradu videtur haec tenus quidem substituisse Papistatum impatiencia, in tam elegantis vsu commenti. In re tamen ipsa non nihil variatum. Nam, quum ex co-instituto non nisi Roma Iubileus celebraretur: Alexander sextus, teste codem Polydoro, cuius Pontificatus incidit in annum humanæ salutis 1500. Sixti sequutus institutione, cepit Iubileum, non modo Roma, sed etiam in longinquis prouinciis, ac stationes vbiique gentium prope vicariaum constitueret: idque tam sui, quam populi Christiani commodi causa, ut aiebat, fecit, quo cum labore petenda urbis relevaret. Qua refit ut Roma terrarum regina etiam nunc minus adeatur. Sed occupauerat annis centum, prior Bonifacius nonus apud Gobelimum atatis sexta c. 68. Postquam annus Iubileus transiit, ipse Dominus Bonifacius unum annum sub anni Iubilei urbis Roma forma Colonensi ciuitatis concessit. Quo anno elapsi, similis annus concessus ab eodem Bonifacio sub eadem forma ciuitatis Magdeburgensi. Et ad utramque harum ciuitatum missus est collector domini Paf., qui certam quotam recepit oblatorum. Deinde, confimiles indulgentias concessit visitantibus quedam alias ciuitates Germania ad certos menses. Nec aliter nostro nos seculo factum vidimus. Nam annus totus 1600. totus fuit Romanis impensus: sed, eo exacto, prolatæ sunt Indulgencie in varias orbis partes, Galliam, Germaniam, Hispaniam, Belgium. Soli Angli & Scotti tantæ facilitatis pontificiaæ fuerunt expertes: credo, quod is subiratior sacra fides fuerit. Sed Iubileus videlicet, Romæ plena vindemia est, alibi sunt racemationes.

XV. Sic sunt Indulgencie plenarie. Partialium ratio geminae: interdum enim dissecantur secundum peccata; alias, secundum tempora. Secundum peccata iterum dupliciter. Est enim quum genera peccatorum designantur. In Bulla, quæ penes me est, pro confraternitate Hospitalis generalis Sancti Spiritus in Saxia, anni 1536. post datam in causa mortis plenaria remissionis potestatem: Nec non super vñs, rapinis, & male ablatis, si hi quibus restitutio fieri debet ignorentur, predictis magistris, & fratribus componenti conceditur facultas. Sacerdotibus vero, & clericis, tam viris religiosis, quam mulieribus, quicquid diuinis officiis, & horis canonici per defectum librorum seu per impotentiam negligentiam, aut debilitatem corporis dicere omiserint, in Domino autoritate apostolica relaxantur. In aliis pro Hospitali Sancti Spiritus ad Rhodanum, biennio datis ante illas: Remissio omnium ecclesiarum vñcialium: remissio omnium prauarum cogitationem ac mortalium obliorun: remissio omnium periuoriorum, festorum male cultorum, offensionis patris & matris, ac omnium parentum, sine tamen iniectione manuum super parentem & matrem: insuper & remissio omnium iuramentorum, & transgressionis fidei per superstitionem seu sortilegum, incantationem, diuinationem, heresim, necromantiam, erroremque, sacramentorum, aus per malas voluntates commissam: remissio etiam omnium defectuum in diuinis, tam regularium personarum, quam secularium, tam in horis dicendis, quam in Sacramentis administrandis, per ignorantiam, aut negligentiam, aut quouis modo factorum.

XVI. Alia ratio compendiosior est: & triplici modo concipi solet. Duos primos explicat Gregorius de Valentia: Primus est, quando non absolute & simpliciter de indulgentia conceditur: sed solummodo indicatur, tantu m de peccatis, iudicio Dei debita, remitti, quantum potuit redimi per paenitentias in paenitentialibus Canonibus olim decretas, vel rigorose etiā à Sacerdote in quaque confessione iniunctas, si optime & exactissime essent impleta. Tali est indulgentia, quae dicitur dari de iniunctis paenitentis. Secundus modus est, quando dicitur indulgentia concedi de peccatis, quae quis fuerit actu confessus: tunc enim non etiam remittitur poena debita iis peccatis, quae in confessione fuerit aliquis oblitus, etiam sine culpa sua.

XVII. Tertium modum repetunt à Geometrica proportione: quum scilicet indulgetur tercia vel quarta, vel alia pars peccatorum. Meminit Bellarminus, c. 9. lib. 1. Et in Bullis penes me, pro vtroque Hospitali Sancti Spiritus, inuenio partem septimam. In vnis: Et remissionem septima pars peccatorum. In alteris: Nec non septima pars remissionis paenitentiarum iniunctarum, & pro peccatis paenitentiarum non completarum. Baronius, anno 1127. §. 5. rexit, Honorium secundum talern militibus impendisse retributionem, quod qui delictorum suorum paenitentiam sumissent, si in expeditione illa more-

rentur, peccata vniuersa remisi: illorum autem, qui ibi mortui non fuerint, & confessi sunt, medietatem donante.

XVIII. Ea ratio est diribitionis secundum peccata. Nunc secundum tempora: nempe dieterum & annorum. Nam mentes aut hebdomas nusquam legi. Hic notandum, Quadragesimas, & Carenas ad dies pertinere. Bellarminus, capite non libri primi: Indulgentia quatuor significat remissionem paenitentie, quae quadragesima continuatis diebus in ieiuniis, aliisque laboriosis operibus agendis fuisse: quae vñigena, quando impetrabatur acrior, ita in solo pane, & aqua contenta esse acerent, qui eam peragebant, Carena dici solebat, quod uidelicet carentiam omnium fere ciborum continebat. Ego tamen alibi Carentiam lego: alibi, Carrinam: ut in Decreto Iuonis.

XIX. Hæc ratio temporis mensurandi est visitior: vt pote accommodatior ad vulgi captum: atque adeo magnam commoditatatem prebens concidendi indulgentias in quantucū, minutissima r. u. p. z. , quæ subtilitate sua captum effugerent plebis: quæ vñtra vnicas vix progreditur: neque enim omnibus datum r. u. p. z. . Enimvero qui amos singulos dicunt, qui annorum myriadas numerant, quasi ὅλη τὸν οὐλακόν αὐτοῖς. iidem etiam dies μικρού χρόνου. Potuitne dici minutius quicquam? Potest quis debere centes mille annorum pœnas; huic si septem dies concedas, aut vnam quadragesimam, quid erit aliud, quam quod ille postulabat, ut sibi Lazarus extremitum digitum aqua tintum extreme lingua applicaret.

XX. Est autem huius mensurationis mira diuersitas. In Bullis pro hospitali ad Rhodanum: Præterea conceditur eisdem benefactoribus, in diebus nativitatis Domini, circumcisioñis, apparitionis, resurrectionis, ascensionis, pentecostes, corporis Christi: necnon in diebus nativitatis Virginis Mariae maris Dei, purificationis, annunciationis, assumptionis: cunctis diebus festis beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & Ioannis Baptista, omniumque Sanctorum: quolibet anno & singulis diebus predictis, viginti quinque anni indulgentiarum. Duodecim denique Cardinales concesserunt eisdem benefactoribus, quilibet eorum de indulgentiis dies centum. Tres Patriarchæ quilibet dies centum: nouem Archiepiscopi quilibet dies quadraginta: viginti septem Episcopi quilibet eorum quadraginta. Pro Hospitali in Saxia: Obtinetque dicti benefactores singulis diebus quadraginta vñ annū, & quadraginta dies indulgentiarum. Item in festiuitatibus Domini nostri Iesu Christi, in quatuor festiuitatibus B. Mariae Virginis, videlicet Assumptionis, Nativitatis, Purificationis, & Annunciationis, & per singulos dies dictarum festiuitatū tres annos & tres quadragesimas. Et singulis diebus Veneris rotius anni, vñnum annum & quadraginta dies. Item in singulis festiuitatibus Apostolorum duo millia annorum. Item à festo Sancti Spiritus de mense Ianuarij usq; ad octauam, singulis diebus quatuor millia anni, octingentas quadragesimas, & remissionem septimae partis omnium peccatorum. Et similiter Dominica, in qua cantatur pro introitu Missa, Omnis terra: & singulis primis Dominicis mensum, tria millia annorum, & tria millia quadragesimarum, & remissionem tertie partis omnium peccatorum. Item à festo corporis Christi, usque ad octauam eius, singulis diebus duo millia annorum, & octingentos annos. Item à festo Ascensionis Domini usque ad octauam eius, singulis diebus septem millia annorum. Item à festo Pentecostes usque ad octauam eius, singulis diebus septem millia annorum. Item à festo Assumptionis beatae Mariae Virginis usque ad octauam eius, singulis diebus duo millia annorum, & duo millia quadragesimarum. Item ab omnium Sanctorum, usque ad festum S. Leonardi singulis diebus tria millia annorum, & tria millia quadragesimarum. Et per Confessorium Læteranense, septingentos annos, & totidem quadragesimas. In aliis Bullis pro fabrica, & restauracione, & manutentione monasteri, sicut Ecclesia beatissimi Martyris Sancti Sebastiani ad Catacumbas, extra muros almae urbis; quibus adscriptis dies septima Martii anni 1537. Papa Pelagius ad perpetuam rei memoriam, dedit & concessit omni die quadraginta octo annos & totidem quadragesimas de indulgentiis. Item in dicta Ecclesia est lapidem, in quo D. Iesus Christus reliquit vestigium pedum suorum, & ibi conceditur omnibus benefactoribus, etiam visitantibus, tria millia annorum, & quadraginta dies indulgentiarum. Item Papa Gregorius, Sylvester, Alexander, Nicolaus, Pelagi, Honorius, Joannes concesserunt & quilibet eorum concessit omni die septem millia annorum indulgentiarum, omnibus benefactoribus, ac etiam visitantibus. In Ascensione Domini usque ad Kal. Aug. omni die, quatuor millia annorum indulgentiarum. Item in die Sanctorum Fabiani, & Sebastiani Martyrum concessuntur tria millia annorum, & quadraginta dies indulgentiarum. Item omnes indulgentie predictæ duplicitur in quadragesima & in festis duplicibus, & triplicibus, & maxime memoratorum Sanctorum. Item in die consecrationis altaris Sancti Sebastiani, in octauis Sancti Martini, omni die septem millia annorum indulgentiarum, & quadraginta dies. In aliis pro manutentione & reparacione spir. S. de Divionc. anni 1540. Obtinetque dicti benefactores singulis diebus vite eorum unum annum & quadraginta dies indulgentiarum. & per omnes primos Dominicos mensum tria millia annorum, & totidem quadragesimas. Item in singulis festiuitatibus Domini nostri Iesu Christi, ac Virginis gloriose, septem annos & totidem quadragesimas. In festiuitatibus Apostolorum duo millia annorum. Item à festo resurrectionis Domini nostri usque ad octauam, singulis diebus duo millia annorum. Item à festo ascensionis ad usque octauam, singulis diebus octo millia annorum. Item à festo corporis Christi, usque ad octauas duo millia annorum. Item à nativitate beatae Mariae Virginis usque ad octauas 300 annorum. Item à festo Assumptionis usque ad octauas singulis diebus duo millia annorum. Item à festo omnium Sanctorum usque ad festum Sancti Leonardi singulis diebus tria millia annorum.

XXI. Baronius, anno nonagesimo secundo supra it. I. esum, recuat diploma Urbani secundi, in quo hæc sunt indulgentie concessæ Monasterio Sanctæ Trinitatis ad Cauam Metellianam: Ut quicunque in statu paenitentie, Domino opitulante, fuerit positus, & ad dictum locum accedens fuerit ibi uno die, ante ipsius basilicae consecrationem & per totū diē sequentē, nec nō die I. die sancti, arque

atque per totam diem Veneris sancti sequentem, de omnibus peccatis de quibus vere contritus fuerit. & confessus, illam indulgentiam & veniam à Domino consequatur, quem mereretur in eundo. & redeundo ad sanctum Iacob Compostellani reliquie vero temporibus & diebus singulis causa deuotionis illius accidentes, quatuor annorum. & totidem quadragenarum, indulgentiam suorum peccatorum obtineant, de sedis Apostolica gratia speciali. Qui vero ad capellam tuam sitam in eodem monasterio, ac eodem die consecratam per venerabilem fratrem nostrum predictum Brunonem Episcopum Signatum, in diebus & festiuitatibus supradictis venerit, septem annos, & totidem quadragenarum de indulgentiis, pro suis peccatis confessis, à Domino consequatur. Accedentes similiter ad Ecclesiam constructam in casali eidem monasterio adiacenti. & eminenti, in diebus & festis predictis, necnon & in omnibus festiuitatibus Virginis gloriose, ad cuius vocabulum constructa est Ecclesia memorata, septem annos & quadragenarum totidem de indulgentia à Domino promereatur. A uno post e mecum septimo, §. 49. Quibus liber vere pénitentibus, & confessis in festiuitate dedicationis ipsius altaris, hoc maius altare visitantibus, annum unum de criminalibus, & septimam partem venialium relaxauit. Mira hic modestia indulgentiarum, praeutilitatem erant.

XXII. Et videtur hæc modestia placuisse Baronio, statim subiicienti, Quibus videoas & sum eius temporis concedendi per Romanos Pontifices indulgentias, que unius anni terminum non excederent, praterquam in expeditione terra sancta, ut confit ex aliis aliorum etiam Pontificis diplomatis. Quibus redarguntur scripta, quibus proditur concessum ab eodem Pontifice, primis diebus Domitricis singulorum mensium, Anconitanis tantum indulgentiarum, quantum arenæ possent capere amba manus simul iunctæ. Quæ tamen Baronii turbet, agitur non video: nec facile capiet, cuicunque satis criticorum ad illas computandas indulgentias nobis recitatas. Nisi forte & has æque suppositias dixerint, illiberali fortean audacia. Quanquam non excedere solitas eo tempore anni spatium, man. feste fallum, ex literis Urbani secundi, in quibus septem sunt. Et in Speculo Minorum, tract. 2. Bullam habes Sixti quarti, datam anno 1479. centum annorum, & totidem quadragenarum in festis singulis Sancti Dominici, & S. Francisci: quinquaginta annorum, & totidem quadragenarum in festis Petri martyris, Thomæ de Aquino, Vincentii, & Catharinæ de Senis, Antonii de Padua, Ludouici Episcopi, Bernardini, & Claræ, & Helisabæ.

XXIII. Hæc est admiranda Romanæ Ecclesiæ Oeconomia, ut ne tantus thesaurus aut inutiles esset, aut temere profunderetur. Et certe sicut verum est, neminem repente fuisse turpissimum, sic verisimile est, iustum per gradus, ut initio facta à modestia, vel modestæ simulatione, finis fuerit in manifestam impudenciam. In speculo Minorum obseruo, indulgentias primo fuisse in dies, tum in annos, post in annorum decurias, centurias. Denique vero, quam obseruatam est, plèbem his imposturis paulatum affuefisse, animi creuerunt, ut maiora auderent, & annos multiplicarent in infinitum. Hinc extorta seita confessio Gregorii de Valentia; punct. 2. *Neque tamen negamus, quin etiam exaggerando nimium illi numero annorum, aliquid ultra modum, quod ad formam loquendi attinet, peccari possit.* Sed & olim Gerson plenus considerat. 8. *Solus Papa Christus potest illam tot dierum & annorum milie millium indulgen iam concedere, qualis posita reperitur in diversis confessionibus summorum pontificum vel aliorum sub variis temporibus, locis, & causis.* Et fortassis enormitas concessionis ab aliquibus quaestuaris, aut alter male motis confiteta est.

XXIV. Varias hæc, siue prudentia fuit, siue audacia, quaestiones peperit, & inde, ut fieri amat, iudicia non semper eadem Primum omnium Angelus. *Nota, quod isti anni vel dies indulgentia non sunt anni cœli vel purgatorii: sed anni huius vita, quod est dicere, quod tantum diminuit de pena, quantum si per annum, vel per tot dies fecisset penitentiam.* Vile sane monitum: abiisque quo esse mera cœcitas in hoc toto ratione amplio argumento: quia nimis nullus aut in celo, aut in Purgatorio fuit Ptolomæus, qui eorum annorum nobis quantitatem expediret: ne Clavius quidem ante mortem eo perueniat, mortuus autem non redit. Alioquin, credo, non carcer eius Sphæra hac speculatione. Credo etiam dies intelligendos naturales, ex quibus proprius annus componitur, etiam si noctes, credo in penitentis non computentur, quas natura quieti dicitur. Enim uero, si artificiales dies diceris, magna inæqualitas esset indulgentiarum hibernatum, & astiuarum, maxime apud Septentrionales.

XXV. Secundo: dies isti anni, suntne viles, an continui? Quidni enim in iudicio diuino, eiusmodi frequentes sint iuri humani subtilitates? Adrianus obscuriuscule. *Quibusdam videtur, quod annus unus indulgentiarum vallet annum trecentorum sexaginta dierum penitentialium.* Alius, quod unus continuus diebus penitentialibus. Alius, iste videtur esse sensus, tanto minus puerius in purgatorio, ac si uno anno communis egisset penitentiam in hac vita. Angelus de Clavasio paulo clarius: *Respondet Hesychius, quod dies erunt viles: annus vero continuus.* Vult dicere, quod si sacerdos imposuit alicui, vel innixit quadraginta dies, siue continue, siue interpolate: si vero debet agere penitentiam per annum, qualis enique sit illa penitentia, puta ieiunandi per annum, qualibet septimana dies vel ter, quod si a solimmodo tollitur per indulgentiam anni, ita quod indulgentia non dividitur per dies: sed valet respectu anni integræ, prout penitentia est annalis. Sed ego hoc ultimum credo verum, quando indulgetur annus de iniunctis penitentis: secus autem credo, quando simpliciter datur annus indulgentia: quia, credo, sit viles. & sic dimittit de pena debita peccato in foro animæ, siue si imposta à sacerdote, siue à iure, siue à diuina iustitia, tercentum sexaginta quinque dierum. Non contentuunt viri acuti. Quid iuris? Nempe eligat Lector, utrum malit: interim dum ampliabitur consultatio. Vel certe oportet in aliis multis factum, ita hic ipsam confessionis formam litem dirimere, & Papam exprimere quem annum concessum intelligat vtilem an continuum.

XXVI. Tertia quæstio, & quidem pulchra ( si fides marginali ad Paludanum nota ) Vtrum qualibet die, & qualibet hora, quis possit lucrari indulgentias. Sensus est, quia varia est quantificatio est, utiquebatur Gerson, indulgentiarum; non tantum pro variis locis, sed etiam pro diebus; immo & proprialitorum aliorum atque aliorum munificentia: an qui opera multiplacet, itidem multiplicet indulgentias: & toties lucretur ( sic enim loqui

mos est) eandem remissionem, quoties idem opus facit, quod indulgentia forma prescribit. Exempli gratia, si concedantur singulis diebus anni mille visitanti Ecclesiam, utrum qui septem diebus sepius visitat, securus sit sibi, septies mille annos indultos: vel, utrum qui ter quotidie, etiam quotidie tet mille annos auferat. Item, si conferent in elemosynam triginta denarios propositi, sint indulgentiae centum annorum, lucreturne is, qui decies tricenos largiatur, decies centenos annos.

X X V I I . Respondent distinguendo: Paludanus: *Dicendum est quod sic, quantum est de vi verborum: quod ita visitat vel dat quis secunda vice eiusdem diei sicut prima, unde eadem ratione lucratur secunda vice & tertia sicut prima nisi aliud apparet de mente concedentus, ultra quam indulgentia non se extendit.* In perennibus ergo, non apparet quod magis voluerit de prima die, quam secunda, sicut nec de primo anno, quam de aliis: quod non minus voluit visitari Ecclesiam, cui dedit indulgentiam perennem, quam illi cui dedit temporalis: unde si ibi lucratur quolibet anno, ita & hic: *quaratione autem quolibet anno, eadem ratione quolibet die & mense.* Sed pluries in uno die non videtur sensisse, quod posset cedere in derisionem. In derisionem, quomodo? Nempe quia, inquit Cardinalis de Turrecremata, *si non faceret hoc nisi pone-re pedem, exire autem & redire, irrationaliter esset si toties lucraretur.* Summa est, tripliciter explicari quæstionem: primo de indulgentiis perennibus, ac cum ab omnibus affirmari: secundo de temporalibus, quoad dies singulos: & tum videri eandem rationem Paludano. Tertio, de ciuidem dici horis singulis, & tum non videri.

X X V I I I . Sed in secundo tertio membro non consentiunt omnes. Ioannes de Turrecremata, *Quando datur indulgentia ad determinatum tempus, ut quum dicitur, Quicumque vadit ad Ecclesiam talem usque ad tale tempus habeat tantum de indulgentia: intelligitur semel tantum sed si in aliqua Ecclesia sit indulgentia perennis, sicut in Ecclesia Sancti Petri Roma quadraginta dierum, tunc toties quoties aliquis vadet, indulgentiam consequitur.* In primo igit articulo continentur aludando: & non in secundo: *videtur nobis, inquit idem Cardinalis, quod S. Thomas intelligat, pluries in die con-queretur indulgentiam, qui absque fraude, deuotionis causa, iret visitatus Ecclesiam S. Petri, siue missarum tempore, siue vesperorum.*

X X I X . Mihil quidem, si licet inter olores anterem strepere, videretur consultius, seraci & in vniuersum affirmare: multis de causis. Primo, quia negotio manifeste destruit geometricum axioma demonstrativum, & que multipliciter eandem esse rationem: si unum opus mereretur semel: ergo geometricum, meretur bis; & sic deinceps: vnde necesse fuit concedere, saltem in perennibus ita fieri: at qui non magis multiplicantur in his, quam in temporalibus: neque magis in dies plures, quam in horas repetitas. Non debet autem facile indulgentiarum doctrina impugnare Geometricas propositiones. Secundo, qui intendit non minus visitari secundo, tertio die, Ecclesiam, quam primo, idem puto, non minus voluit in vesperis, quam in Missa. Tertio, quia causa indulgentiae est Basilica fabrica; & quo crebriores erunt elemosynæ, hoc potentius adiuuabitur fabrica profecto: videtur ratione consentaneum, ut inuitentur homines ad multiplicandas elemosynas: non inuitabuntur autem, nisi toties eis concedantur indulgentiae, quoties elemosynæ fieri: quomodo solet in his imposturis, quas Biancas appellant. Nam quod opponunt, non videri intelligere concedentem; & posse cedere in derisionem, facile solutum: illud enim contra potius censendum est; quia concedens intendit aut bonum Ecclesiæ, aut bonum animarum: itaque, quo maius hoc bonum erit, hoc magis intendet: est autem maius bonum Ecclesiæ, maior elemosyna: & maius bonum animæ, maior indulgentia. Ergo. Alterum autem incommodum accidentarium est. Nullum est autem tam bonum, tam sanctum institutum, à quo nullum sit per accidens incommodum. Sicut ergo non prohibetur, quod minus & singulis diebus bibatur vinum, & ter quartæ, aut qui quis bibatur quotidie, et si possit inebriare: sic indulgentias oportet libere multiplicare, non annuatim tantum, sed etiam diutinum, & vero etiam horatim, & si fieri posset, minutatim.

X X X . Sed est vehemens tamen obiectio apud Adrianum Florentium, quum taxantur indulgentiae per proportionem geometricam. Nam si per priam elemosynam, quam dat fabrica, consequitur remissionem tertia pars penitentis debita: per secundam consequeretur remissionem alterius tertie: & per tertiam elemosynam, relaxationem nouissimam tertie, & restans: & sic per tres partes denarios, consequeretur remissionem totius penitentiae: ut prout decedens haberet sine purgatorio volare ad cælum. Huic obiectio conatur Adrianus solacium adferre ex glossatore Gratiani in caput, Tempus, q. 2. causæ decimæ tertie. Dico, inquit, *Quod si prima elemosyna tollit centesimam penitentiam: secunda elemosyna etiam tollit tantam penitentiam: sed non tantam in quantitate, sed tantam in proportione:* & sic semper aliquid remaneat de penitentia. Hec glossator. Iam Adrianus, *Et sic solito illud, quod obiciatur de indulgentiis: quod si proper oblationem unius denarii tollitur quartæ pars peccatorum mortalium, vel venialium, per oblationem secundi denarii tollitur tertia pars in proportione, non tantum in quantitate, & semper aliquid remanet, licet omne argentum effundere.* Satis id quidem acute. Et neget quis utrilibet modo indulgentiarum nundinationi Geometriam? Profecto ita est, si ita est, nunquam adeo multiplicari posse indulgentiam, vt non aliquid saltum minutissimum purgatorio superfit. Nam quaternis elemosynis, non ut illi putant, consumetur tota penitentia: sed de ducentis quingenta sex partibus dantaxat, centum septuaginta quinque; atque ita supererunt purgatorio vna & octoginta, ne extingatur: & nihil fiat frigidius, vt vulgus loquitur, culina Ecclesiæ. Sed dent veniam viri subtilissimi, rusticiori fortasse importunitati: nunquam passurus videtur Euclides ( nam Paulum nominari quid attingat, quem non magis his viris obici possit, quam Ptolomæo in Anomalis Mercurii) eandem esse rationem unius denarii ad quadranteum, quam ad quadranteum dodrantis; & deinceps; qui docuit esse duplam, & deinceps. Deinde, non potest hæc subtilitas locum habere indulgentiis, quarum mensura sumitur à tempore. Tertio, quid si non vnam, duas, aut tres elemosynas succellue quis largiatur, sed simul & semel? Quarto, quid in plenariis futurum est? Nam prima elemosyna si abstulit omnia peccata, nihil residuum facit, vnde proportionalis sit diminutio. Videant utrum ego felicior sim soluendo. Dicit enim Bellarminus, posse unum corpus esse in pluribus locis, nec tamen plura corpora fieri, sed pluries idem.

## DE SATISFACTIONIBVS ALIENIS.

Curigitur non poterunt dicere, emi ter, quater, quinques: nec tamen acquirunt, quatuor, quinque partes, sed tantum ter, quater, quinques eandem? Nam & in bello, quum vnu & idem sepius capitur ab hoste, & redimit se, non ille totidem redimit homines, sed toties seipsum. Et apud viariorum qui traxerunt, non minor, multuplicatis annis tandem non duo, tria, ne nomina eius alieni expungunt debitores; sed vni eidemque nomini bis terce faciunt.

**X X X I.** Quarta quæstio, Vtrum tantum valeant indulgentiae, quantum sonant: *Vetus querela*, inquit Adrianus, sed *nahu faius ubia*. Sententia est, vtrum sit eorum effectus idem omnino, quem verba præferunt, an vero opus sit aliqua interpretatione, limitatione, exceptione, restrictione. Non potuit omnibus affirmatio persuaderi. Primum, teste Durando, fuere qui dicerent valere in fio Ecclesiæ, sed non in iudicio Dei: eo quod per eas absolutionis fiat à penitentius iniunctis: nimirum, vt non teneat eas facere in presenti vita. Sic enim sonare formam indulgentiarum, *Depenitentis iniunctis talem vel talem partem misericorditer relaxamus*. Pœnam igitur culpæ debitam secundum iudicium Dei totam exsolui in Purgatorio. Sed huic sententiæ magnum obiectum absurdum: quia nocerent indulgentiae potius quam prodecent, ut pote, quæ pœnam tollerent leuiores, vt grauiores ponerent, hoc est, remedium tollerent, morbum augerent.

**X X X II.** Dixerunt alii, teste supplemento Thomæ, & Turrecremata, & aliis, tantum valere, non quantum prædicantur, sed quantum cuiusque fides exigat & deuotio: sic autem loqui Ecclesiæ, vt pia quadam fraude ad beneficiendum alliciat: infanti mater pomum promittit, vt prouocet ad ambulandum, nec dat tamen. Et ita sensisse primo videtur Lutherus, cuius articulus fuit 18. *Indulgencia sunt pia fraudes fideli*. Sed impugnata est hæc etiam sententia, graui argumento: quia æque incommodum atque absurdum, in Ecclesiæ, vt in Scripturam, mendacium admittere. Sicut enim in Scriptura, si deprehenderetur aliquid falsitatis, robur periret autoritatis eius, teste Augustino epist. ad Hieronymum: sic non posset in prædicatione Ecclesiæ aliqua falsitas inesse, vt non sint nullius momenti quæcumque eius documenta. Imo hodie, quum inualuit opinio, Ecclesiæ esse priorem, notiorum, latiorum regulam fidei, credo in eam partem cunctum potius, vt mille mendacia in Scripturam esse concedantur, quam vnum vel leuissimum in Ecclesiæ: nam si fallat Scriptura, poterit regulari per Ecclesiæ, vt Carranza loquebatur: at si falleret Ecclesia, quid esset spei reliquum?

**X X X III.** Nihilominus eam sententiam, Adrianus Florentius, postea Papa, tribuit Alfonso d'Odore, & notat in magna estimatione fuisse apud Doctor. In soluit incommode obiectum; ergo Ecclesia vnu uerbalis deciperi Christi fideles, & suggereret falsum. Porsest, inquit, concedi, si hoc verbum, decipit, non importat deformitatem. Ecclesia de ipsi fideles, & non mentiri: Quum queritur, si decipit vel dicendo verum, vel dicendo falso: dicit, quod dicendo verum, sed quod non exprimit illa sex: id est, sex conditiones necessarias ad uilitatem indulgentiarum: Licit autem hostem de se in suis circumuerbiendo decipere: & aduocatus, sonens iustam causam, sicut potest decipere aduersarij, dummodo falsis deceptionibus non vitatur. Alter, Ecclesia non decipit, sed homines seipso facilitate sua & studitiæ: non inquirendo quibus opus sit, vt fructum delitum ex concessione huiusmodi consequantur. Ecclesia autem veritatem excusanda quum instar ratione non exprimit, ne omnia exprimere possit. Non exprimendi autem iustas causas notabat duas paulo ante. Primam, quod si exprimerentur, non essent fideles ita prompti ad dandum, sicut si prædictetur laicus, quod non plus valent mille opera ex caritate facta, quam vnum: si caritas sit una seu aquila, minus prout essent ad multiplicandum opera bona. Secundam, quia si charitatem habet cuius relaxatio, quum caritas non sit sine fide, habebit de his iustam est mentionem.

**X X X IV.** Alii temperatori ingenio concesserunt aliquid utilitatis inesse indulgentias. Sed in his apud Cardinalem de Turrecremata, Quidam dicunt, quod indulgentiae: autem non valent, quantum prædicantur: sea vnicuique tantum valent, quantum sua deuotio & fides exigit, sive secundum mensuram fidei, & deuotio seipseris. Sed hanc Cardinalis confundit cum ea sententia, quam secundo possumus loco: & eodem refutauit argumento. Ego existimau separandam: nam & Durandus recitauit tanquam separatam; & apud Adrianum Raimundus ita censem, nec de fraudibus tamen addit qui cquam: Dicebat enim, quod homo mortalis, nisi cui diuinus reuelatum fuerit, scire non poterit, quantum alicui valeat huiusmodi remissio: quod valet secundum deuotionem ipsius parentis, & eorum qui suffragantur, ac numerum eorumdem: & horum mensuram nullus scire potest, nisi Deus: ergo nec mensuram remissionis. Hos Durandus refutat: quia, vel valeret præcisæ secundum deuotionem, ac tum obtineret indulgentiam, etiam non impietet id pro quo datur indulgentia, puta pro itinere ad terram sanctam, quod est absurdum: quia, quod datur sub conditione, non habetur, non impleta conditione: vel valet secundum deuotionem, non præcisæ, sed supposita conditionis præstatio: & tunc qui maius haberet meritum, plus haberet de relaxatione pœnae per indulgentiam: quod est falsum: quia alioquin forma indulgentiae contineret falsitatem, in qua dicitur, quod quicunque fecerit hoc, vel illud, habebit tantam indulgentiam: vnde sequitur, qui cunque id facit, habere totam indulgentiam, vel formam indulgentiae esse falsam. Sed non viderur, quod bona Durandi pace dictum sit, obiectio esse firma. Quia, si non præcise valet secundum deuotionem: neque etiam præcise secundum opus: quia sic indulgentia esset refugium omnium sceleratorum. Quia igitur secundum vtrumque profecto videtur intelligenda deuotio, prout est: ideo enim non taxatur, sicut opus: & forma indulgentiae significabit, quantum concedatur pro summo gradu deuotionis; vt, qui id opus implebit cum summa deuotione, obtineat quadraginta dies: at qui cum minore, pro rata: vt solet in tabernis proscribi amphora vni, in nummos sex: non sic vt nullus accipiat minus amphora, sed vt sciat, qui nummos sex dabit, se ablaturum amphoram. Et hoc modo forma indulgentiae non contineret falsitatem. Nam teste Angelo, *Indulgencia tot annorum debet intelligi de annis vero & optimæ penitentie sienda: quod verba in priori significato sunt intelligenda, & latissime in beneficio principis*.

**X X X V.** Alii dicunt, in supplemento Thomæ, & apud de Turrecremata, Tantum valent, quantum pronunciantur, secundum iustam estimationem, non tantum dantis indulgentiam, qui nimis forte estimat quod dar: aut secundum

intentionem atcipientis, qui nimis parum estimare posset quod datur: sed secundum iustam estimationem: quia iusta est secundum indicium bonorum, pensata conduzione personæ, & utilitate, & necessitate Ecclesiæ, quia uno tempore Ecclesia plus in aget quam alio. Hic etiam illud de Ecclesiæ indigentia valde fit probabile: quia, sicut non minor sit nummorum estimatio uno anno quam alio, tamen quia uno anno maior penuria tritici est, quam alio, fit ut pro pauciori tritico dentur plures nummi: sic, quia Ecclesia alias plus indiget pecuniis, alias minus, non videtur incongruum, pauciores nummos aliquando pluribus indulgentiis redimi: tamen non potuit hæc sententia obtinere apud omnes. Quidam enim refutarunt duobus incommodis: uno, quod valerent indulgentia ad communicationem, quandam potius quam ad remissionem: quod ego sane, quid sit, non capio: altero, quia prædicatio Ecclesiæ à mendacio non excusaretur: quum quandoque indulgentia longe major prædictetur, quam iusta estimatio posset requirere, omnibus prædictis conditionibus penfatis: sicut quando Papa dat indulgentiam, quod qui vadat ad Ecclesiæ vnam, habeat se p̄p̄ annos de indulgentia: cuiusmodi etiam indulgentia à Gregorio in stationibus Romæ institute sunt. Ego addo tertium absurdum, quia ipsa se confodiat sententia: quomodo enim constere potest, valere quantum sonant, & tamen non secundum estimationem dantis? Nisi forte graciliorum more garriant apud Papistas prælati, & verba fundant nullo sensu suo & simanda, sed alieno: vt taceam, incūlter opponi dantibus indulgentias bonos viros: quasi nulli dantes sint viri boni.

**X X X VI.** Alii rursus, isdem testibus, quantitatem remissionis non mensurandam tantum secundum deuotionem suscipientis, non secundum quantitatem eius quod datur: sed secundum causam pro qua datur, ex qua reputatur quis dignus, vt eam consequatur: vnde secundum quod accedit ad illam, secundum hoc consequitur remissionem indulgentiae, vel in toto, vel in parte. Ne hanc quidem Rabbinis probare visum: quia non possit salvare consuetudinem Ecclesiæ, quæ interdum pro eadem causa maiorem, interdum minorem indulgentiam dat: vnde, rebus eodem modo se habentibus, quandoque datur unus annus visitantibus Ecclesiæ vnam, quandoque quadraginta dies, prout gratiam Papa facere voluerit indulgentiam constituyens: vnde patet, quod quantitas remissionis non est measuranda ex causa, quæ facit indulgentia dignum. At ego quid hoc sit siue sententia, siue refutatio: non aliquid nec video quo sensu distinguatur causa pro qua datur indulgentia, à quantitate eius quod datur: & tamen pro eadem causa, i terdum maior concedatur; interdum minor. Putabam non absimilem esse, quæ proximam præcessit.

**X X X VII.** Quum in his nihil certi sit compertum: opinio, qua communiter tenetur, inquit de Turrecremata, est, quod simpliciter credendum sit, quod indulgentia rite data tantum valeant, quanum sonant, & prædicantur in Ecclesiæ. Idque ait Durandus, non ex deuotione suscipientis, non ex quantitate rei data: non ex proportione ad causam indulgentia, sed ex abundantia meritorum Christi (addunt de Turrecremata, Cunerus alii, & Sanctorum) supposito, quod in dante sit autoritas, in suscipiente idoneitas, in causa pietatis, scilicet ad honorem Dei, & utilitatem Ecclesiæ. Paludanus, Alii dicunt, quod indulgentia: tantum valent quantum sonant, & plus si plus intendit ille, qui dat, dum tamen possit.

**X X X VIII.** Tamen Cunero hæret nonnulli scrupuli: vnde liberati non potuit absque aliqua restrictione specie, propter imposturæ suspicionem: Negat enim esse dubitandum, multis circumferri, & annotari indulgentias, quæ propria hominum presumptione, & audacia confitit: sunt. Deinde, multis inueniri, quæ per nimiam sollicitantim ambitionem, non attendentibus prælatis per scribas & notarios obreptitia & surreptitia in terrâ sunt. Paulo post, Certum est, vt bene à Gersone, & Adriano annotatum est, in indulgentias illas millenarias. Si proprio sermone accipiantur, catenus superflua, & indiscretas esse, atque ex ignorantia præter veritatem emanare: n̄ si forte honoris causa hyperbolice, pro valde magnis, non tamen plenariis indulgentiis accipiuntur: si quid m̄, ut probatur à sacris Concilij, & Pontificib⁹ habet: indulgentiarum usus, indulgentia relaxans penitentias, quæ pro redemptione & ex purgatoria inuncte sunt, vel in iungipossenti: nulle autem eiusmodi annorum, & intentia in Ecclesiæ cogitata sunt, aut imponi possunt. In aliis vero, q̄ plerumque priuatis locis & personis sati liberanter pro exiguis operis ut conceperint, solet plerumque ad cauitem adiici, in quantum claves Ecclesiæ se extendunt: quia formula significatur, quod tantas indulgentias qui promere cupiunt, debent se profunda humilitate, & excellentia quadam charitatis facere iudeos, & tan. & gr. & capaces. Vbi vero absolute, & non subrep: utile, sed conuenienti iudicio, & cœnitate conceduntur, nichil & standum esse censurum.

**X X X IX.** Quinta quæstio, quomodo concordare possit indulgentia decies centesimilie annorum, & huius. Ceterou, consid. 10. Indulgentiarum concessio per tot millia nedum dierum, sed & annorum, videtur difficulter salubilis posse remissionem, & ex & & & & commutationem in temporalem. Constat enim quod non homo singularis in hac vita potest, aut debet ad tot annos obligari, & intentiam agere: quoniam non viciurus sit per millesimam partem tot annorum & nemo ad impossibile obligatur: constat p̄ & erea, quod dum mundus finem habebit, cessabit Purgatorium, & ex consequenti dices & varum suarum. Argumentum est vehementis, nec disolutu facile. Et olim: Pontifices non solebant, inquit Bellarm. indulgentias concedere, nisi tot annos, quotanno: û, & intent. & iungebantur: & intent. & vero & & levante in iungi nisi unius, duarum, triarum, quinque, septem, decem, viginti annorum, aut ad summum per totam vitam, q̄ & ultra centum annos porrigit non solet. Imo Baronius. §. 49. anni 1172. testatur indulgentias Pontificium eius temporis non excellisse vnius anni terminum, præterquam in expeditione terra sanctæ.

**X L.** Quid ergo est? Alii confitentes dixerunt: Cunerus hyperbolicas: desperantes alter posse exculari. Sed Pellarminus: Quicquid de hoc sit, non enim audet negare fraudem interdum factam, non videatur negandum, posse aliquos reos fieri, & intent. & agen. & secundum canones per septuaginta aliquot milium annorum. Nam si ecclesiæ mortiferis singulis debetur secundum Canones, & intentia trium, vel septem annorum, quis enumeret annos, & intent. & qui secundum Canones prescribi deberent iis, qui consuetudinem habent peierandi, vel blasphemandi ad singula pene momenta. & frequentissime homicidia, furtæ, sacrilegia, adulteria perpetrant: ac denique, ut legimus in libro 10b, capite decimo quinto, bibunt quasi aquam iniquitatem? Atque huc sine dubio respererunt summum.

summi Pontifices, si qui sunt, qui reuera indulgentias dederint decem vel viginti millia annorum. Sed quemadmodum in hac vita, paenitentia mulorum annorum potest una hora per solui, si paenitentes temporis diuinitatem vehementia caritatis, & extensionem paenitentia, intensione compensent: sic etiam fieri potest, ut in Purgatorio diuinus quidem crucientur quam in hac vita, qui cum tam ingenti debito defecerint: tamen ibi quoque acerbitatis vehementia faciat, ut debitum virginis millium annorum, annis trecentis, vel quadringtonis expiri queat. Euge, Iesuitice: imo Euclidice: & iurarum, Clauii magni illius Mathematicos hellaonis hoc inuentum esse. Certe manifeste docet Euclides parallelogramma invenit, quorum latera sunt alternate proportionata, esse aequalia: id est, latam aream pedes decem longam centies mille; aquare longam pedes quadringtones, latam ducentos quinquaginta. Cur etiam, si paenam centies mille annorum, consumat caritas ut decem, non eandem absorbeat annis ducentis quinquaginta caritas ut quadringtona? Sed & dimidio brevius duplo auctior caritas. Hoc Gerlon ignorauit, scilicet, nondum Iesuita.

XLI. Sed dato veniam spiritus Loioliticus instanti, non satisficeri argumento Gerlonis, duo ab impossibili, non à merito. Nam, mereri centum annorum millia longas paenam in Purgatorio, non negabat ille, qui nō rat mereri aeternam in inferno. Sed tantas imponi posse: tantas imponi debere, hoc demum negabat. Et si nunc viueret, miraretur Iesuiticos amfractus paenae mutatae, primum aeternam in temporalem annorum vices mille: tum harum in annos trecentos aut quadringtones: post harum in indulgentias. Et denique, otiosum amfractus acculareret. Quorū enim mutatio annorum vices mille in trecentos, aut quadringtones, quos neque nominant, neq; indicant Bullæ? Potest, inquit, fieri: fortasse, inquam: Sed potest etiam somniari. Et fine dubio somniatum his postremis seculis. Nam, quis dixerat, quoniam temporalem Purgatorii mutari in alteram temporalem eiudem Purgatorii? Tum autem non aduerit, se nouam crux sibi, suisque acutulis Sophistis figere, ut definiant quantæ intensionis peccata intelligenda sint: imo, paenae intelligendæ vices mille annorum: nam alioquin ridicula omnes erunt bullæ: quia poterunt iisdem verbis intelligi quæcumque paenæ quorumcunque peccato: um; imo unius euangelicae peccati. Quis enim ignorat, sicut potest pena vices mille annorum, si fiat intenor, reduci ad trecentos: sic paenam trecentorum, si fiat extensor, dilatari in annos vices mille? Hac arte ergo demonstrabo, per Bullas centum mille annorum, dimitti tantum unius peccati mortalis paenam, id est, annorum aut trium, aut quinque, aut septem. Et ego, profecto, certissimum habeo Indulgentias sive concedentibus, sive predicatoribus, sed ex eis auctoribus, vnum fuisse propositum regule.

XLII. Sexta superest inquisitio: quomodo intelligatur in Purgatorio paenarum remissio per dies vel annos. Describam ex Turrecremata: Varius assignatur à quib[us]dam modis intelligendi profectum indulgentiarum. Unus est, quando qui lucratur unum diem indulgentiarum, quod habet unam diem refrigerii in Purgatorio. Sed iste modus non est conueniens: quia anima non detinetur in Purgatorio, nisi ad sustinendum paenam: & ideo paena illa terminata, statim evolant: unde talis dilatio videatur iniuncta propter paenam. Secundus modulus intelligendi est, quod si lucratur unum annum indulgentie, per annum seniet refrigerium in Purgatorio: sed nec iste modus est conueniens, ratione superiorius dicta. Tertius modulus intelligendi est, quod si quis lucratur unum annum; vel unum diem indulgentie, quod tantum abbrevietur ei paena in Purgatorio: sed nec iste modus est conueniens: quod non videtur quod Papa habeat hanc autoritatem praifigendi terminum, & tempus paenæ in alia vita: quum nullus princeps possit extra principatum suum aliquid constitutere. Quartus modulus, quod si quis lucratur unum diem vel annum indulgentie, tantum habet refrigerium, quantum de paena habuisse si paenitentiam per indulgentiam redemptam perficeret. Sed nec iste modus est conueniens: quia non sunt aquales paenitentia huius vite ad illas paenas secundum Augustinum: ideo non potest fieri ibi bona commensuratio. Et ideo quimus modus dicendi est, qui videtur conueniens, quod tantum dimittitur de pena Purgatorii, per unum diem aut annum, per indulgentiam, quantum abbreviatum fuisse, si talis per unum diem, aut unum annum paenitentiam hic egisset. Sed quid? si Cardinalis dormitauit? Nam ego quidem disparandi primum modum à secundo, tantum propter dies, & annos, causam non video. Aut si causa aliqua fuit, cur non eaque in sequentibus, ut fierent non quinque sed octo?

## CAP. VI.

## De ipsa Indulgentiarum.

I. Hactenus essentia: nunc erit usus indulgentiarum: ne ipse quidem non confragosus. Consistit partim in concedendo; partim in accipiendo: & in illo capite tum persona est concedens, tum causa concedendi.

II. Personam concedentem definiunt omnes prelatum Ecclesiae. Nam applicati sibi à quoconque peccatore thesaurum meritorum, sive Christi, sive Sanctorum, periculi plenum esse iudicarunt prudentes economi. Roffensis: Neque tamen inficias eo, quin propter unitatem corporis mystici, si quis conformari se Christi, Sanctorumque cruciatibus, ipse particeps euadat satisfactionem eorum: sic tamen ut non pro levi quavis tolerantia protinus à reliquis peccatorum, ab omni pena pro eis debitis prorsus expargetur. Nam ex eo sequeretur, quod omnes, qui in gratia decederint, confessim evolarent, atque ita penitus extinguierent omne Purgatorium. Neque enim satisfactiones, quæ manant ex Christi misericordia, mox cuique paenitenti dispensantur: quanquam ipse Christus & ex instituto quidem, pro peccatoribus tantas arumnas subiisset. Dicit enim antequam pataretur, Hic est sanguis meus, qui pro multis effundetur, in remissionem peccatorum. Et quanquam Christus eo spectabat, quum tantum pateretur, montamen ex hac passione singulis peccatoribus protinus, ut respuerint, tantumdem remissionis suppeditatur, quantum eis ad paenam peccatis debitum sufficiat abolen-

dam. Prouide. Nam, quid est furoris? quanta foret tanti thefauri dilapidatio, si quisque quantum vellet sibi hauriret? quantum vellet absu- meret? Nam præterquam quod infinitus est & peccatorum, & peccati- tum numerus: tanta singulorum est audiitas, tantus feruoi allequendæ sa- lutis, & quidem plenaria, ut non dubium sit sibi quenque omnia rapturum, nihil poteris reiuctum. Nam, et si caritatem obicias: tamen illud Paulum iam pridem antiquatum est: Charitas non querit quæ sua sunt: & in eis locum, de omnibus Scholasticorum sententia, substitutum: Charitas bene ordinata incipit a seipso. Itaque praxis habet, Qui potest capere, capiat. Has ob causas exclamauerit onnes: Ut quid perditio lac: potest ven- di amplius, & dari pauperibus, id est, Praelatis, qui sunt sanguifuga filii insat- urabiles, & nunquam dicentes, Sufficit. Porro autem immans est me- tus ne extinguatur Purgatorium: est enim decretum ut ne id fiat, nisi v- na cum fine mundi: itaque quomodo olim precabantur pro Imperio Romano, quia id sciebant obstare ne manifestaretur Antichristus; sic omnes Catholicos Romanos decet prouidere, ne nullum sit Purgatorium, ut ne nullus mundus: in quo præter prouidentiam domesticam, ostendat etiam benignitatem publicam.

III. Sed enim, quum magna sit Praelatotum diuersitas, possunt ne omnes indulgere? Responsum, non omnes posse: & qui possunt, varie posse. Ioannes de Turrecremata tercia conclusione articuli quinti: Abates, prepositi, magistri ordinum, priores provinciales, seu ministri: nec non Sacerdotes parochiales, non possunt ordinarie indulgentias facere. Conclusione quarta, Capitulum, sede vacante, non potest conferre indulgentias. Quinta: Vicarius generalis non potest indulgentias dare. Sexta: Inferioribus praelatis de consuetudine non potest concedere indulgentias. Quibus omnibus remotis, super- sunt soli Episcopi, & superiores Episcopis, quibus competentiore ordinario dare indulgentias, quæ prima Conclusio est eius Cardinalis.

IV. Concedit tamen Gregorius de Valentia, puncto tertio, Praelatos ordinum religiosorum applicare satisfactiones alienas: sed has non ex communis Ecclesiæ thefauo: verum ex cumulo satisfactionum determinatae congregations: ac ne has quidem præteritas: nam has esse iam ante in acceptance diuina tanquam in thesaurum communem repositas: sed tan- tum futuras: in quas credo nihil iuris est Deo. Neque enim Deo tantum iuris in monachos, ut præposito: hic enim potest, eodem definiente Gregorio, aliis communicare bona omnia subditorum futura, non modo quæ il- lis subditis supererunt, sed etiam quæ ipsis ad satisfaciendū propter necessaria esent: eo quod omnia quæ sunt subditorum, sunt per votum obedientiæ subditæ superiorum voluntati: quanquam communiter ita suo iuri mode- rentur superiores, ut existimandi sint non communicare nisi quæ supersunt. Bene. Sed hoc argumento concluditur, Deum non esse superiorem monachorum, nec Monachos subditos Deo. Est enim axioma certum Gre- gorio: Omnia esse dominorum, quæ sunt subiectorum. At, inquam, satis- factiones monachorum non sunt Dei: aliter posset eas Deus includere in thesaurum illum communem Ecclesiæ. Hinc vident, opinor, omnes, quid sequatur. Nisi forte subueniat subtilitas distinguens, inter subditos, & sub- ditos per votum obedientiæ: & sic concedens, monachos esse quidem Deo subditos, at non per votum obedientiæ: sed tantum iure naturæ, sicut dia- bolos. Ego lane acquiescam solutioni.

V. Sed etiam in prælatis nominandis non nihil fuit discrepantia. Nam teste Paludano: Dicunt quidam, quod solus Papa de iure ordinario eas dat: et si Episcopus alicui concedat, illi denuntiat, non dat: quod delegatus non potest de- legare. Sed hoc Paludanus refutat, quum illis argumentis leuisculis, tum isto potentissimo: Quod summus paenitentiarius dixit, me presente, Autorita- te nostra ordinaria damus vobis centum dies de indulgentia: qui potest dici ordi- narius in spiritualibus, sicut legatus dicitur ordinarius in tempora- libus.

VI. Prælatum porro dicunt etiam non consecratum. Ioannes de Turre- cremata conclusione secunda articuli quinti: que est Sancti Thome, quod electus in Episcopum, licet non consecratus, potest dare indulgentias. Nam elec- tio respondere dicunt iurisdictionem, consecrationi ordinem: negat autem Bellarminus ad hanc liberalitatem requiri potestatem ordinis, sed tantum iurisdictionis. Augustinus Anconitanus, articulo nono, questionis vñdetricesimæ: Potest quis habere iurisdictionem dupliciter: vel iuris taxatione, & iusta dicitur ordinaria: vel speciali commissione, & ista dicitur delegata. Quum igitur electi, statim post obtinent confirmationis beneficium, habeant iurisdictionem in eorum dioecesim, statim possint indulgentiam dare secundum formam eis taxatam, absque aliqua speciali com- missione. At Hostiensis, teste Angelo, dicit: quod non dent; nisi sint Presbyteri.

VII. Rursus, quia distincti sint etiam iurisdictionis limites, quæ situm, utrum Prælati possint concedere non suis subditis. Et responsum, negan- do. Itaque solum Papam posse concedere vniuersis, reliquos autem suis duntaxat subditis. Prodebet tamen Indulgentias ab alienis Episcopis con- cedelas, si intercedat proprii licentia. Etsi in eadem diecesi concurrant Indulgentias ab Episcopo, & Archiepiscopo eius provinciæ, prodebet viria- que subiectis eius dioecesos: at solos Archiepiscopales, omnibus: Vide plu- ra apud Angelum de Clauasio, questione vñdecima.

VIII. In Prælati gradus sunt, ut dignitatis, sic potestatis. Ange- lus de Clauasio: Solus Papa potest dare plenarias, & in toto orbe: qui ipse jö- lus est assumptus in plenitudine potestatis. Item legati Domini Papæ possunt de iure facere perpetuas Indulgentias in terminis sua legationis. Item Archiepiscopi in sua provinciæ, & Episcopi in sua dioecesi: dummodo non excedant sum- mum dierum quadraginta, sive sit pro anniversario Ecclesiæ, sive pro quacunque alia causa. In dedicatione vero Basilicas possint concedere usi, ut ad summam unius anni, & non plus: sive dedicetur ab uno Episcopo, sive a plu- ribus. Quod si excedant hunc numerum, non valent: quod intellige, quoad excessum, non quoad numerum concessum.

IX. De dispositione dantis indulgentias, responsum: Episcopus ha- reticus, schismaticus, aut excommunicatus, non valet Indulgentias facere: apud Ioannem

## DE SATISFACTIONIB. ALIEN.

Ioannem de Turrecremata, conclusione 7. artic. 5. & ratio subiecta, quia hoc opus iurisdictionis sit: at heretici, schismatici, excommunicati, careant iurisdictione. Sed aliorum peccatorum aliam rationem esse: itaque idem conclusione octaua: *Prelatus Ecclesie existens intra unitatem Ecclesie, licet in peccato mortali existat, potest dare Indulgentias.* Et Triumphus eodem iure ipsum Papam utroque comprehendit cap. art. 3. q. 29. *Indulgentias dantur, inquit, per potestatem iurisdictionis: sed Papa pro culpa mortali, non amittit potestatem iurisdictionis, nisi talis culpa heresim haberet annexam.* Ergo Papa, existens in peccato mortali, indulgentiam dare potest.

X. Quod sit utrum, & quomodo utiles sint indulgentiae ipsi concedenti: Reponsum, non posse ipsum sibi dare: sed posse tamen datas acquirere. Turrecremata, conclusio 8. ad sextum: *Licet Dominus non posset facere indulgentiam sibi tantum, possent tamen sibi prodeſſe indulgentias alias datae, si conditio rem earum adimpleret.* Caietanus, c. 5. tract. 15. *Quod nullus possit exercere actum iurisdictionis in seipsum, absoluendo & ligando se, verum est: & propterea licet aliis alteri sentiant, concedo ego, quod dans indulgentiam aliis, non acquirit illam: quia absoluens alios, non absoluīt se.* Nec tamen est aetioris conditionis quam alii: quia, et si non per istam viam per aliam viam potest eandem indulgentiam consequi, scilicet committendo confessori suo, ut sic absoluat ipsum, sicut ipse absoluīt alios. Triumphus Anconitanus art. 2. quæst. 29. ex 5. ad Habriacos, citat: *Quoniam ipse circundatus est infirmitate, debet, quemadmodum pro populo, ita & pro seipso offerre sacrificium pro peccatis.* Itaque concludit, posse: neque enim dare sibi, ut est caput habens iurisdictionem uniuersalis Ecclesie: sed ut est membrum Ecclesie & recipit, & ut est caput dat. Sed hunc meminisse oportuit Sacerdotem Hebreum ipsum, ut Sacerdotem obtulisse pro se sacrificium: non ab aeterno oblatum sibi applicasse. Sed haec, puto, non sunt ad viuum ressecanda.

XI. Hactenus persona concedens. Ad causam quod attinet concedendi, consentiunt omnes aliquam debere esse iustum: Non sufficit, inquit, Adrianus, in concedente autoritas, & voluntas concedendi: prærequisitum subexistens ea rationis & sufficientis. Et hoc ipsum Bellarminus comprehendendum in ipsa definitione putauitne quis credo, ignorantiam prætereret: *Quas remissiones, inquit, summi Pontifices, ex paterna lenitate, & condescensione in filios suos, & non sine aliqua iusta & rationabili causa concedere solent.*

XII. Sed, suntne validæ, si forte concedantur absque iusta & legitima causa? Disputatur: negavit de Turrecremata, 8. q. 7. *Indulgentia data, nullaria rationi causa existente, non valent.* Gersonis inde censura recitatatur ab Adriano: *Fatue & superstitionis sunt quædam intitulationes, viginti millium annorum, qui dixerit quinque Pater noster ante talem imaginem: & esset per prelatus prouidendum: quod cedit in contemptum & derisionem indulgentiarum, nec continent veritatem.* A qua censura solidam existimo constare laudem Cardinali Perrono, qui Roma rediens, maximi benefici loco in Galliam retulit granula benedicta: quorum vel unicum qui haberet super se, quoties Pater noster diceret, & Ave Maria, aut aliter oraret pro Ecclesia Catholica, aut Papa, aut Rege Galliæ, aut pace regni, aut conuersione hæreticorum, toties lucratur plenariam indulgentiam, remissionemque omnium peccatorum.

XIII. Alii errari quidem concedunt: sed inutilem tamen non pronuntiant absolute Distinguunt autem varie. Paludanus: *Nisi sit iusta causa tanta & indulgentia peccat concedens, quasi dilapidator iam pretiosi thesauri.* Videatur tamen ei valere qui conditionem impleret: nisi & ipse illam impetraret: quod tunc & ipse peccaret sine causa sufficienti impetrans. Si ergo Papa proprio motu morientem absolveret ab omni pena per modum indulgentia, & illi pie crederet, ille auolaret si nullam culpam haberet, etiam si Papa nullam iustum causam haberet. Nec ego quidem alter Cunerum sensus putem: *Indulgentia, ut vere sint efficaces, sufficit quod causa vere pia sit, & ipsi Pontifici sic cum Deo expedire videatur: quod sine dubio semper inuenitur, ubi sacris Pontificibus non obrepitur neque ipsi insciis aut non auerentibus procurantur.* Et si hic eos errare contigerit ipsi quidem rationem Domino suo reddent: pænitentium tamen spes & fiducia non fallitur. Nisi forte id potius significauit, omnino effectum fortiri: quod aliorum esto iudicare Paludano contentit. Adrianus: *Prelatus aut Papa non est Dominus thesauri, sed dispensator: sed quicquid est in foro animæ: ergo in proposito, quia solum ageret in foro Dei, nihil sit.*

XIV. Bellarmino aliter viximus, c. 12. lib. 1. Conuenit inter omnes, sine iusta causa indulgentiam non esse ratam, quod attinet ad expiandum reatum pœna & coram Deo, vel in hac vita, vel in alia. Nempe, ne videatur clavis etiam errans nullius esse momenti. Hæc enim Bellarmini verba paulo obscuriora interpretator ex his Adriani: *Quantum respicit pænitentias in iunctas, absolvitur à precepto Ecclesie, ut non fiat transgressor, omittens pænitentias per Sacerdotem in iunctas. Imo si Papa sine causa oblationem illarum remitteret, teneret relaxatio: quia eorum, que sunt humani iuris, sine pœnitenti, censetur princeps & dominus: sed obligationum quæsi aum Deo, non dominus, sed dispensator est: & ratificat solum Dominus ea, quæ sicut clavis non errante, ex rationabili & iusta causa.* Ita succurretur saltem ex parte auctoritati Prelati. Quanquam ego fateor, non satis capere subtilitatem. Enimvero, satisfactiones nullæ imponuntur, nisi ad tollendas penas Purgatori, pertinentes ad iudicium Dei: intelligo autem legitimam solutionem earum satisfactionum, eam quæ æquualet impletioni earundem. Nam, propter actus legitimos nemo plectitur. Quare, aut non legitima solutio est satisfactionum; aut hanc oportet soluere ab obligatione pœnarum debitaram apud Deum. Quomodo ergo potuit quisquam concipere ratam esse solutionem satisfactionum, quæ tamen relinquit penam: apud Dei iudicium soluendas? Magnum argumentum, in postorem esse Papam, & tanto intolerabilius impostorem, quanto indulgentias vendens inutiles, tamen pretium non restituit.

XV. Alii etiam apud Deum esse voluntatas: si non ex toto, saltem ex tanto. Adrianus: *Nemo consequitur indulgentias, nisi ex sufficienti & legitima causa: & si causa iniuncta non sufficiat, seu eum non dignificet ad totalis indulgentia consequitionem, habet infra ad proportionem causæ: eam scilicet partem, ad quam dignificatur.* Breuius: sed paulo ante plenius: *Quum prelatus pro exili causa, puta omnibus contribuentibus unum suffserum, vel dimidium suffserum, dat plenam omnium peccatorum remissionem, dissipatio est, & non dispensatio indulgentiarum: & tenet solum in ea parte, pro quareationabilis fuerit: puta, se quæ ex illa contributione tantum patitur, quod dignum se reddit; ut si est penitus*

*pauper, totum consequitur: in aliis solum operatur eius pars remissionem, quæ ex sua contributione se dignos faciunt: Et præmerat rationem. Utile per inutile regulariter non vitatur: propter quod glossa de arminat, valere in parte præmissa, si Episcopi concedant indulgentias ultra annum in dedicationibus, & ultra quadraginta dies in anniversariis.*

XVI. Hæc, vt vident omnes, plena sunt ambiguitatis, & incertitudinis: Itaque utrissimum esse credo, persuaderi omnibus, id quod in consideratione nostra Gerſon videt omnino annotandum: *Indulgentiarum concessio presupponit causam concessionis, seu distributionis huiusmodi indulgentiarum legitimam, clave scilicet Ecclesie non errante, neque Christo reprobante: ubi non certa & evidens notitia requiriatur, sed estimatio bona fidei, & probabilis conjectura: quemadmodum in distributione thesauri materialis de fisco regio, vel Ecclesiastico, Papa vel Rex, vel alius distributor attenderet.* Enimvero quis posset certus esse, clavem non errare? Quis non dubitandi modus de approbatione Christi? Niſi forte toties iubemus Christum edere miracula, quoties Prelatus aliquis indulgentias concedet: quod est importunum nimis. Itaque a *paramita non magne.*

XVII. Veruntamen causam iustum, siue sufficientem, quam tandem intelligunt? Angelus q. 16. In datione indulgentia, debet attendi ut illud quod sit, sit mere voluntatis, non necessitatis: sit etiam quid taxabile: sit etiam aliquo modo pœnale, si recte dantur. Grægorius de Valentia puncto 4. Statuendum est, actum, quo pia causa continetur, posse generatim esse quæcumque, ex quo utilitas Ecclesie, & gloria divina redundet: siue ea quidem proueniat ex ipsa ratione actus per se: siue ob respectum aliquem, quæ actus habet ad aliquid aliud: ut ad devotionem, siue reverentiam erga Ecclesiam, vel erga res sacras, quæ eiusmodi aliquo actu significetur. Hæc autem Gregorii descriptio tam late patet, ut vix unquam deesse possit causa concedendi: & posthac futura sit superflua eorum religio, qui requirunt Christi approbationem, voluntque supponi, clavem non errantem. Non enim poteat aurillus error clavis esse, aut Christus non approbare, quum causa est iusta & legitima. In tanto igitur causarum legitimarum latifundio, quis, quæso, metus esse poteat.

XVIII. Vtus tamen habet tres, aut solas, aut certe præcipuas. Primam, Bellum: non quocunque, sed aduersus hostes Ecclesie, siue hæreticos, siue alios. Sic Gelafius secundus, apud Baronium anno centesimo duodecimo supra millesimum, exercitui ciuitatem Cæsaugustanam obsidenti: *Quoniam & vos ipos, & vestra extremis obiicere periculis decreuistis: si quis versus, accepta de peccatis suis pœnitentia, in expeditione hac mortuus fuerit, nos eum Sanctorum meritu, & totius Ecclesie Catholice precibus, a suorum vinculis peccatorum absoluimus.* Anno postea nono Honori secundus expeditiōnem parans (Apostolico, opinor, iure & more) aduersus Rogerium Apuliam occupantem, vidensque militum alacritatem: *Continuo ex autoritate diuina, ex B. Mariis Virginis, & Sanctorum Apostolorum meritis, talem eis impedit retributionem: eiusmodi videlicet, quod qui delictorum suorum pœnitentiam sumperint si in expeditione illa morerentur, peccata univerſa remisit: illorum autem, qui ibi mortui non fuerint, & confessi sint, medietatem donauit.* Anno eiusdem seculi septuagesimo nono, Alexander tertius codem exemplo vñus est contra Albigenes. Anno octuagesimo octavo, Clemens tertius, cunctibus in expeditiōnem terræ Sanctæ: & nonageſimo quinto, Cœlestinus tertius. Cochlæus, libro primo Hussitarum historiæ: *In festib[us] ab eo tempore Romana Ecclesia oppida & territoria, Ladislaus Rex Neapolitanus, contra quem Ioannes Papa viceſimus tertius bellum decernens, plenariam peccatorum remissionem indulſit his, qui ad tuendam Ecclesiam armā induerent.* Ethic frequentissima Cruciatæ mentio: solebat enim huiusmodi bellorum militibus dari signum, quo sacramentum in eam militiam profiterentur, Crux.

XIX. Altera causa longe rarioꝝ, à rebus quas dicunt mere spirituales. Qualem exprimit Bulla Sixti quarti, data anno millesimo quadragesimo septuagesimo nono, in gratiam Psalterii Mariæ, apud Franciscanos, tum recens ex cogitati: *Innovatus est, inquit, certus modus, sine ritus orandi p[ro]ius & deuotus, videlicet, quo quilibet volens eo modo orare, dicet quilibet die ad honorem Dei & beatissima Virginis Maris, & contra imminentia mundi pericula, toties Angelicam salutationem, Ave Maria, quot sunt Psalmi in Psalterio Davidico, videlicet centies & quinquagies, singulis decem salutationibus huiusmodi orationem Dominicam semel preponendo:* Et post: *Vniuersis & singulis Christi fideliibus prefato modo orare volentibus, vñlibet existentibus, presentibus & futuris, pro qualibet vice, qua sic ut præmittitur, orauerint, pro qualibet quinquagena prefati Psalterii, quinque annos, & totidem quadragenas indulgentia misericorditer in Domino relaxamus.* A quo tempore factus est iste ritus Catholicus: ut vix illus sit in Papismo non ad eam rationem preculas demururans: & quidem additis memorie iuandæ causa, ut numerus neque minor sit, neque maior, globulis quibusdam de filo continua serie pendebit. Idem Sextus annis septem citius obseruantibus, & deuote celebrantibus festum Francisci, annuatim quinquaginta annos, & totidem quadragenas de iunctis pœnitentias relaxauit. Extat vñqua bulla in Speculo Minorum. Et possum alia similes occurtere: ego tamen huius generalis has solas vidi.

XX. Tertia causa, Indulgentia Ecclesie. Triumphus, art. 3. *Indulgentia fuit ad reueandam indigentiam Ecclesie.* Hæc vero & latissima, & frequenter: quoties nempe opus pecuniæ. Et quando non opus est, quæſo? Alias ad structuram, alias ad reparacionem Ecclesie, id est, basilicæ aliquius: alias ad ornamenta comparanda, & vñſilia: alias ad alimenta corum qui templis inferuntur: & mille eiusmodi. Et quidem interdum adhibetur indulgentis taxa eroganda pecuniæ: alias nulla: sed permittitur eleemosynæ collatio cuiusque deuotioni, & prætexta visitatio, siue basilicæ, siue altaris, siue cuiusdam reliquiæ: non enim desperant, qui hæc spiritualia messiū fuit, futuros liberales largiendis suis temporalibus. Apud Baronium, anno millesimo trigesimo, recitator Honorius Papæ literæ ad Rainierum abbatem Cæſemarii. In iis, *Vt: si Ecclesia dedicatio veneranda singulis annis deuotius celebretur, vñuerſis qui ad celebritatem confectionis eiusdem infra nouem dies deuote conuenerint, de illius pietate confisi, qui est peccatorum remissio, de iniunctis sibi pœnitentias, annum unum misericorditer relaxamus.* Anno 1118. Petrus Episcopus Cæſaraugustanus, illis qui prefata Ecclesia necessiorum solatio defituta, atque sua paupertatis gemisibus condituerint, & unum denarium, vel quod valeant, ad eius

Ad eius restorationem miserint: nos eis diuina clementia, ac Domini Gelasius Papae auctoritate fregi \*\*\* paenitentia remittimus. In bulla aurea Sixti quarti, que est in tractat. 2. Speculi Minorum; caula praefigitur, ut Ecclesia, domus, & oratoria predicatorum (puto legendum, predicatorum) & minorum ordinum predicatorum per transversum orbem constructa, & adficata, & quæ construit, & adficari contingat in futurum, congrua devotione a Christi fidibus visitentur, ac quæ imperfœ sunt, perficiantur, & ad complementum dedicantur, ac compofita conseruentur, ac manuteneantur: ne non paramentis, & alijs ad diuinum cultum necessariis debite ornentur: ipsique Christi fideles ad dictas Ecclesiæ eo libenter confiant, & ad premissa manus promptius porrigit adiunctorum, quo ex hoc ibidem dono celesti gratia confixerint se refectos. In altera eiusdem breuius, data millesimo quadragesimo septuagesimo septimo; V. dicti ordinis Ecclesiæ, domus, & conuentus conseruentur; & difcentur, & in eorum adficio amplientur, restaurantur, & reparantur. Indulgentiae Sancti Sebastiani ad Catacumbas conceduntur, omnibus benefactoribus, & confitribus, ac manus porrigenibus adiutrices dictæ Ecclesiæ: & de longinquis & alijs partibus elemosynam transmittentibus, pro fabrica & restauratione predictæ: taxa additur pro viro & uxore triginta denariorum turonensium. Indulgentiae Sancti Spiritus in Saxia, cui libet dando, seu elargiendo de bonis suis iuxta taxam ad hoc debite ordinatam, & elapsis temporibus confertam, tres solidos turonenses.

XXI. His pecunijs colligendis adhiberi erant soliti, Quæstuarij, qui in varijs profecti prouincias huic curæ vacarent, ut quam maximas referrent. De quibus iam olim vehementes querelæ fuere. Operis Tripartiti p. 3. c. 8. Circa quæstuarios predicatorum, qui fere totam Dei Ecclesiæ ubique terrarum inficiunt, & sunt scandalo toto mundo, sunt tot reprehensibilia, quod non facile potest dici, sunt enim per maxima parte persona in honeste, & infames. Habet tot brevia, quæ relinquent in singulis parochijs, in quibus continentur tot indulgentie, quod mirantur boni viri, si unquam de conscientia Papa, vel etiam alicuius boni viri potuerunt illa procedere. Item, multa mendacia conseruent dicer, & de reliquiis, & de indulgentijs: & quod supremum malum est, ista & alia mala multa eorum, iam ita vera sunt in ludum & risum, quod vix est aliquis, qui super hoc dolet vices Christi. Principes Germani in centrum grauaminibus, c. 3. Illud importabile iam olim increbuit Romanorum indulgentiarum onus, quando sub persona pietatis, quum aut basilicas Romanas confruere, aut profecionem in Turcas parare polliciti sunt Romani Pontifices, omnem à simplicibus nimiumque credulim Germanis exuxerunt pecuniarum medullam. Et quod longe maioris est faciendum per has imposturas, ac earum conductitios precones, & predicatorum, profligata est Germana Christianorum pietas, dum qui extruderent volebant universales suas bullas, laudes suis mercibus occinebant: miras & inauditæ condonari per emptitas has condonationes, nedum noxas præteritas, aut futuras viventium, sed & defunctorum vita, existentium in Purgatorio, modo numeretur aliquid, modo tinniat dextera. Denique, Cardinalis de Alliaco, de reformatione Ecclesiæ, confid. 4. Item, prouidendum est super correptione Quæstuariorum predicantium, sive religioforum, sive secularium, quoniam suis mendacij, & immundicijs maculant Ecclesiæ, & eam ridiculam reddunt: & officium predicationis maxime honorandum iam contemptibile efficiunt. Erat, certe eorum, qui sitirent alienam salutem, non exspectare, dum ad se venirent: sed quacunque discurrere ut offerrent indulgentias: indulgentias ostentarent: inculcarent: indulgentias: & nihil nisi indulgentias, indulgentias ingeminarent. Repetito scilicet ab Apostolis exemplo: nisi quod hi nihil venderent.

XXII. Ab iis causis quæstiones natæ. Prima: Possintne dari indulgentie propter causam meritæ spiritualiæ. Affirmarunt, Sicut, inquit Angelus, Innocentius quartus dedit indulgentiam decem dierum orantibus pro rege Francia, & predicantibus crucem. Addere potuit Sixti quarti indulgentias in gratiam Psalterij Mariani. Excipit tamen remissionem iniurie: quia, videlicet opus sit non taxabile: sed & debeatur. Eadem ratione Triumphus exceptio nem admittit corripiendi delinquentem, & consulendi nescienti.

XXIII. Altera: possintne concedi propter causam temporalem. Distinguunt temporalia ordinata ad finem spiritualem, vel non. Hæc, negant esse in causis legitimis, illa concedunt. Tripliciter autem ordinari dicunt; vel ad acquisitionem bonorum spiritualium; ad satisfactionem peccatorum: ad ministrorum Ecclesiæ spiritualibus deseruientium sustentationem. Erob eas causas licet fieri indulgentias pro temporalibus, Sic Triumphus. In his ramen, quomodo comprehendendi possint murorum, pontiumve fabricæ, nondum vidi. Sustentationem ministrorum obseruo frequentiorem: & prætextum esse acquirendarum immanium diuitiarum: vnde ab Eckio indulgentiarum appellatur lucrosa causa. In Enchiridio: De his sumus contenti, eo quod habemus solidum fundamentum in Sancto Paulo: ne credamus diligenteriores in causa lucrosa.

XXIV. Tertia magis vrgebat. Illene indulgentias acquirat, qui opus non implearit nisi voluntate & intentione. Negant Nempe, si nihil attuleris, illis Homere foras. Triumphus, quæft. 30. art. 3. Indulgentia sunt ad relevandam indigentiam Ecclesiæ. Sed indigentia Ecclesiæ non relenerat per solam voluntatem dandi, sed per datum. Angelus: Theologi volunt, quod nisi quis faciat illud pro quo datur indulgentia, nullo modo ipsam consequatur, quantumcumque habeat bona voluntatem: licet consequatur meritum bona voluntatis. Paludanus, Non implenti conditionem non profunt, sive paupertate, sive impotentia impediatur. Cardinalis de Turrecremata, concl. 4. artic. 6. Indulgentia non valent non adimplentibus illud, pro quo indulgentia data est. Quia non existente conditione non coequitur quis id, quod sub conditione datur. Vnde, quia indulgentia sub conditione datur, quod aliquis faciat hoc, vel illud, aut det: si illud non exequatur, indulgentiam non coequitur. Vnde quantumcumque quis habeat bonam voluntatem faciendi illud, pro quo datur indulgentia, puta eundi ad Ecclesiæ, vel dandi elemosynam, & non fecerit, quia non potest, aut infirmitate, aut impotentiæ, non obtinet indulgentiam. Quare indulgentias illas concessas morientibus in expeditione terræ sanctæ, ut omnia peccata haberent relaxata, si vellet quis consequi, hunc oportebat actu moni: alioquin fructu profetus: fructu emensus tot maria, tot terras perugatus: fructu armatus in aie stetet: fructu mortem medijs quæ sullen in armis. Concepta conditio erat, si quie in expeditione mortuus fuerit. Quid ergo alijs Nempe, his aliud mercede erat: à Sexto quidem, paenitentiarum suarum remissio & indulgentia: ab Honorio, medietas peccatorum.

Tom. III.

XXV. Triumphus nihilominus concludit, eum qui pleno voto suscepit eam expeditionem, etiam si non impletat morte præuentus, allequi plenū effectum indulgentiarum: articulo secundo quæftionis trigesimæ primæ. At contra Ioannes de Turrecremata ex Paludano, Princeps, inquit, qui iturus est ultra mare, si ante moritur, nisi forma hoc habeat, non consequitur indulgentiam. Ex Thoma, considerandam esse formam, Nam, si concedatur accipientibus crucem, statim habet: etiam si decebat antequam iter arripiat: quia sic causa indulgentia non erat iter arreptum, sed virtutem itineris. Secus, si in forma litera continetur quod indulgentia datur his, qui transeunt ultra mare: quia tunc ille qui decebat antequam transeat, non habeat indulgentiam: quia non habet indulgentia causam.

XXVI. Sed vt alij alijs mitius de ea loquuntur expeditione, tamen de elemosynis constans est definitio Paludani, De paupere & diuite, certum est, si est determinata indulgentia, & taxata quantitas elemosynæ, sicut nunc hospitiorum, qui dat virginis quatuor denarios, habet viginti quatuor annos: qui autem non dat tantum, quod non potest, non luciatur indulgentiam: licet enim alias bona voluntas sufficiat ad merendum: sed ad satisfaciendum non sic. Nam qui moritur paratus satisfacere, non propter hoc est immunis: ita, & velle lucrari indulgentias, non facit lucrari. Vnde necessaria consequentia est, diuitis longe potiores esse partes, quam pauperis: quod etsi absurdum videri possit in rebus ad latutem: tamē in satisfactionibus negat Triumphus: art. 3. q. 31. Simpliciter melioris est conditionis pauper quam dines, quantum tamen ad remissionem penæ, qua acquiritur per indulgentiam, in tali casu non est inconveniens, quod dines sit melioris conditionis quam pauper. Et ratio apud me quidem certa est: quod per has indulgentias homo redimatur auro & argento, non autem pretioso agni sanguine.

XXVII. Satis de concedendis: nunc de obtinendis indulgentijs. Prima quæftio, cuinam hominum generi sint utiles. Bellatm. c. 10. lib. 1. Apud Catholicos res certissima est, indulgentias omnibus esse utiles, & ab iis etiam qui perfectioni dant operam, recte quari, & suscipi posse. Nam omnibus utiles est liberari ab iis rebus, qua retardare possunt ademptionem summi boni: talis autem est reatus poenæ & temporalis, cum qui si quis ex hac vita migrauerit, non poterit continuo pertingere ad vitam eternam, sed expiriare debet eum reatum in locis purgatoriis.

XXVIII. Omni hominū generi. Alij tamē restringunt. Adrian. Indulgentia nihil profunt existentibus in mortali peccato, nec quoad peccata dimissa, nec quoad non dimissa. Et si obijcas, quū quis vel orat pro existenti in peccato mortali, vel emit indulgentias, ergo perire eiusmodi bona opera: responder, in eo casu, fructus satisfactionis reuerti ad facientem, iuxta illud Salvatoris, Et si ibi non fuerit filius pacis, pax vestra reuertetur ad vos, Matth. 10. Est enim in illis translationibus implicitam conditionem, si cui applicant in poena expiationem edere possent. Si tamen, inquit, de industria ponatur velle nihil iuris eruare: sed totum transferre vel in non baptizatum, vel in eum qui actualiter peccat, vel in aliquem qui pro tunc nullius paenæ debitor existit, fatoe quod stoliditia sua perdere posset redundantiam utilitatis. Sed manet tunc in theatro Ecclesiæ, quemadmodum & satisfactoria opera illorum, qui non indigent, & tamen nulli applicant.

XXIX. Gregorius de Valentia, Afferimus, inquit, iis omnibus & solis prodeesse indulgentias, qui quum iam gratiam consequuntur sunt, aliquo tamen reatu poena temporalis obstricti tenentur. Optime. Nam quum effectus indulgentiarum sit relaxatio poenarum debituarum: quibus nulla debentur poenæ, nē his inutiles oportet esse indulgentias. Nisi forte sic utiles, quomodo superflua passiones: nimur ad thesaurem vel augendum, vel certe non minuendum. Cur enim non sic fiat, vt in hac vita plerumque parcissimæ homines vita & fôrdidissimæ, quum domeficiis abundant, non propterea à stipe emendanda abstinent? Sic famosus ille μεγάλος Euclio habens aulā domi, non tamē non paratus erat nūmos accipere à Magistro curie. Vnemo mirati debeat Monachis, & perfectioris vita hominibus relictum esse locum. Ipsa, puto, si viveret Virgo Maria, aut certe Baptista, non deditur retinere: in thesaurum refulsi, quicquid haussisse est thesauro, & forte cum fœnore: non enim venustile alter velle.

XXX. Paludanus non nihil obseruauit præter alios, Maxime sunt utiles indulgentia & secura peccatoribus: qui saepe recidunt, & non facile abstinunt per totum annum à mortali, sicut ab sinere uno die vel hora: propter quod profunt eis sepe indulgentias: quod in illa hora sunt in statu bono, quibus non prodest diuina paenitentia sepe per mortale mortificata.

XXXI. Secundo; queritur quo pacto debeat esse constitutus qui suscipit indulgentiam. Adrianus, Non requiriur in suscipiente denotione fidei, qua credit. Prelatum posse indulgentias cum valore ad formam verborum ex illa causa concedere. Probatur: quia si dubius fuerit propter contrarietatem Doctorum, an valent ad expiationem poenæ purgatoriæ, vel an valeant ut sonant: an ad proportionem causa pro qua conceduntur: non videatur ex hoc ponere obicem effectui indulgentiarum. Etiam licet dubitauerit causam sufficere, & an ex tali quis posset integrum effectum indulgentiarum consequi, nihilominus vult facere quod pro illis consequendis institutum est, valeat quantum posse: non impedit indulgentiarum effectum. Aliter quidem Christus: qui fiat tibi secundum fidem tuam: sed ille indulgentias nec dabit, nec vendebat. Non est autem æquum, indulgentias minoris esse, quam remedia aduersus morbos corporis, quorum operatio nullo modo penderat ab estimatione sumentis. Fatoe tamen, inquit Adrianus, requiri deuotionem fidei, qua credant in genere Ecclesiæ indulgentiam dare posse: & hoc saltem fide implicita. Angelus, Habeat deuotionem fidei, qua credit tantum potestem esse apud Ecclesiæ. Quod licet non habeamus manifesta testimonia ante tempus Gregorii, tamen concedendum est, quod etiam ante facientes, licet non ita frequenter: quod ante sua tempora raro poterant fieri ita solenes: & Catholici, quia erant magis perfecti, non ita indigebant.

XXXII. Tertia quæftio, possintne pro se tantum quisque acquirere, an etiam pro alio. Respondent Paludanus, & post eum Ioannes de Turrecremata, 9. concl. 6. art. 6. Indulgentia possunt valere, non solum his qui implet conditionem, sed etiam alijs pro quibus haec sunt: si forma indulgentia hoc habeat: quod dicatur, quicunque hoc fecerit, vel pro quo hoc fecerit, habet tantum de indulgentia. Nimur, quia opus proprium possit quis applicare per intentio nem cuicumque voluerit: & ideo possit, pro quounque velit satisfacere: ad dita nihilominus exceptione, si id concedatur penes quem ius est concedendi: Nam secus, si forma hoc non habeat, inquit Paludanus, quod ille qui dat indulgentiam est dispensator, & applicat cui vult: non autem ille qui implet conditionem.

Y

XXXIII.

## DE SATISFACTIONIBVS ALIENIS.

XXXIII. Sed qui impetrat pro alio, quomodo debet esse dispositus? Adriani, Quamvis indulgentia solum proficit his qui sunt in statu gratiae; nihilominus existens in peccato mortaliter potest pro alio mereri: quando forma indulgentiarum permittit. Sed quem ex se vult alteri promereri, oportet ipsum pro quo indulgentia conceditur facere moraliter bene. Quum vero alterius mandato, prece, vel causalitate, nihil obstat qualiterunque fecerit. Ratio subiicitur: Quia licet ipsa indulgentiarum & communicationis thesauri non sit capax, potest tamen pro alio eleemosynam, vel aliud opus bonum facere. Tum autem, & que per eleemosynam facit Dominus, quacumque intentione eius servitor mandatum exequitur uerit. Vnde opus exteritus licet male fiat ab exequente, si tamen ut a partiali causa rogante & inducente: & ab illo bene. Sed Cunerus refutare visus, Qua pro n. ritus sunt suffragia, sive ab iis qui non sunt in statu gratiae, peraguntur: qua casu neque opera ipsa, neque indulgentia pro defunctis faciunt. Etiam Angelus, Requiritur tamen si debet valere pro alio, quod tam illi qui accipit, quam illi pro quo accipitur, sit in statu gratiae: aliter non valeret, neque per modum indulgentia, neque per modum suffragij: & placet mihi.

XXXIV. A viuis deuentum ad mortuos. Horum quum alii in Inferno sint, alii statuantur in Purgatorio: quae situm de prioribus, & responsum ab Augustino Triumpho, etc illorum pecnam, aliam essentialiem, accidentalem aliam: & haec ex societate eorum qui per mala exempla, doctrinamque illorum prauam precipitati sunt in exitium. Quum enim qui seducti fuerint, damnantur, tum eorum pecnam augeri qui seduxerant. Sed & contra minui, quum ab orci fauibus eripiuntur. Valere autem Ecclesia suffragia ad conuertendas animas, ac proinde minuendum numerum pereuentium: ergo etiam ad illas accidentales pecnas minuendas. Vel aliter: Triplicem esse pecnam, damni, vermis, sensus. Illas priores non minui: sed hanc tertiam potie, in iis scilicet, qui sic damnati fuere morientes, vt tamen non pessimi fuerint viventes: hos enim potuisse mereri, vt sibi suffragia Ecclesiae non essent inutilia ad remissionem penae sensus.

XXXV. Verum, haec fortasse priuata fuit Anconitani opinatio; qui id sibi negotij credit solum dari, vt immaniter adularet Papistica tyranidem. Itaque, ab Angelo diserte falsa appellatur: & a Turrecremata refutatur, art. 6. concl. 1. Indulgentia non proficit infidelibus in inferno: quum inimici Dei sint tales, inimici autem regis non est communicandus thesaurus regi.

XXXVI. Ad animas in Purgatorijs furo conditas, fuere olim qui negarent porrigi praelatorum autoritatem, indulgentiasve. In quibus Ostiensis Bellarminus nominat. Polygranus scipsum esse profiteretur: Sunt opiniones diversas, num etiā animabus in purgatorio, Pontifices indulgentias impartiri queat, aliis id afferentibus, aliis vero negantibus. Nos cum posterioribus dicamus, clauium potestate ut nec in aliis, ita nec in dandis indulgentiis, se ad defunctos extenderet. Atque in ea sententia videntur necessario quicunque indulgentias remitti solas opinati sunt humanas penas, sive pertinentes ad forum Ecclesiasticum. Sed itum denique in oppositam partem. De Turrecremata, art. 6. concl. 10. Non modo viuis, sed etiam aliquo modo possunt valere defuncti existentibus in Purgatorio. Bellarmin. cap. 14. lib. 1. Res certissima est, & apud Catholicos indubitate, indulgentias tuuari posse animas, qua in purgatorio penas leviant.

XXXVII. Quomodo igitur? Distinguit Turrecremata, indulgentias prodeesse, uno modo principaliter, alio modo secundario. Principaliter quidem ei, qui indulgentiam accipit, scilicet, qui facit hoc, pro quo datur indulgentia: vt, qui visitat limina alicuius Sancti: unde, quum mortui non possint facere aliquid eorum, pro quibus indulgentia datur, eis indulgentia directe valere non possunt. Secundario autem, & indirecte, profunt ei, pro quo aliquis facit illud, quod est indulgentia causa. Sic ille: sed meo iudicio inepit, sive directe dicat, & indirecte: sive primario & secundario. Nam tum oportet easdem bis prodesse, tum ei qui acquirit, tum & pro quo acquiruntur: non potest enim aut secundaria aut indirecta operatio illa esse absque primaria & directa: est enim illa huius quasi *στίχη*. Atqui obstat tota indulgentiarum imaginatio: nam neque bis operari potest idem meritum, alioquin nihil esset necesse, superflua querit satisfactiones: sed & concessum, posse eum qui est in mortali peccato acquirere indulgentias pro alio: & concessum, non posse prodesse ei, qui fit in mortali.

XXXVIII. Alij ergo longe subtilius distinguunt iudicij modum, à modo suffragij. Iohannes de Turrecremata: Iuxta Alexandrum de Halis, indulgentia potest valere existentibus in purgatorio, per modum suffragij & adiutorij, & non per rationem iudicij. Et haec somniatio multis placuit. Iudicij modum appellant, quum sua quis autoritate nitens directe pronuntiat, aut damnari aliquem, aut absolu: quomodo Sacerdotes omnes statuant absolueri in sacramento penitentiae. Suffragij vero, quum apud iudicem adest rex quis, atque eo efficit, vt absoluatur: sicut singuli fideles precantur alij pro alijs, atque ita obtinent remissionem peccatorum à Deo: non vero ipsi remittunt.

XXXIX. Modum ergo iudicij negant omnes exerceti posse, nisi in subditos: vnde concludunt plerique, non possit hoc modo valere indulgentias mortuis, qui desierunt esse sub iurisdictione Papæ: quam metuntur ex illis verbis, Quæcumque ligaueris super terram, quæcumque solueris super terram. Sed aliter tamen nonnullis visum, in quibus nominat Bellarminus Michaelem Medinam contendentem Animas defunctorum, quæ sunt in purgatorio, pertinere ad iurisdictionem summi Pontificis, & posse ab eo indulgentias percipere per modum solutionis. Cui Augustinum Triumphantem ego adjiciendū puto: qui: art. 2. quest. 32. Dicendum est, inquit, quod illi qui sunt in purgatorio, subiiciuntur Papæ, quantum ad meritum conditionale. Opponit autem meritum conditionale merito essentiali: vt hoc, quis mereatur præmiū esentiali, vt visionem diuinam, sua propria operatione procedente ex caritate: illo; quo penæ dimissionem, vel liberationem, si alius faciat pro eo post mortem illa quæ ordinata sunt ad penæ dimissionem vel liberationem: mira sane nouella imaginationis audacia: immo inepta & putidissima *φλωρεια*. Est enim ac si diceret, viles esse defunctis indulgentias: quia sunt Papæ subditi quoad indulgentias.

XL. Ceterum, huic somnio adeo induxit Triumphantem, vt sit ausus asserere, Papam posse purgatorium vacuum facere, artic. 3. eiusdem questionis. Papa, quantum ad absolutam eius iurisdictionem, totum purgatorium evacuare potest, quantum ad illos qui sunt de foro eius, quantum vero ad eius ordinatum executionem, non potest, nec debet.

XLI. Vbi notandum novum arcanum, & apud alios non facile obuiu. Puto duo genera personarum esse in purgatorio, vel saltem esse posse, quæ proprie non subiiciuntur iurisdictioni Papæ: & quibus in aulgentia applicari non possunt per Papam, quantum ad satisfactionem penæ: primo illi qui carent merito conditionale, vt, qui carent illis, qui pro eis faciunt illa, propter quæ ordinata sunt indulgentia valere: secundo, illi qui carent merito Sacramentali: vt, qui salvati sunt præter communem legem, & gratiam Sacramentorum: tales enim immediate salvantur per gratiam Dei Sacramentis non alligata: ita vt immediate à Deo pannantur, & à penæ purgatorij relaxentur secundum rationem sua infitie. Preter istos duos gradus personarum, quantum ad omnes alios, puto quod Papa posset purgatoriorum expoliare.

XLII. Cardinalis de Turrecremata, ad eand. q. respondet negatiue: sed ita tamen, vt videatur de potestate loqui, quam Triumphus vocat ordinatae exequutionis: nam, et si non nominet, tamen ijsdem vtitur argumentis. In artic. 6. extenso, Ex quibus patet responsio ad questionem, qua queritur, utrum Papa posset evacuare per indulgentias totum purgatorium, videlicet quod non dupli ratione: quæ ex supradictis colliguntur: prima, quia indulgentia non potest pro defunctis existentibus in purgatorio, directe: sed indirecte, in quantum per amicos potest fieri id, pro quo indulgentia est ordinata, si tamen hoc habeat forma indulgentia: clarum est autem, quod non omnes de purgatorio habent huiusmodi amicos in hac vita, qui pro eis hec implere possint. Secunda ratio est, quia ad talen indulgentiam faciendam respectu omnium existentium in purgatorio, non posset rationabilis causa interuenire, sine qua tamen indulgentia non valeret. Vtramque hanc rationem Triumphus profert. Itaque videtur ab eo Cardinalis verbis dissentire potius, quam re.

XLIII. Sed mihi quidem videtur vterque timidiusculus. Ego sanè si Papista esse possem, mallem vniuersaliter affirmare; posse Papam, & iure & facto purgatoriorum spoliare prorsus. Cui enim bono tanta ista modestia? Aut quid prodest divisi<sup>ται</sup> τον πατέρα, την δ. καὶ μηδὲν κανόπινεν. Vniuersalitu & purgatorij, & indulgentiarum causam reddideris suspectam potius, quam tuam probaueris religionem. Tum autem due illæ rationes sunt nihil. Non habebunt amicos. Qui scis? nisi tu fungos describas sine patre, sine matre, sine genealogia. Et da tamen aliquos huiusmodi esse: quid? nullane illi sunt in communione Ecclesiae? Quod si sunt, ergo & in caritate: & si hoc, ergo habent vniuersos Christianos amicos: & non poterunt omnes Christiani implere conditionem? Maxime, si in Christianis sit Papa, sint Cardinales, sint Prælati omnes? Nam, hoc constitutum est, posse lucrari indulgentias quas dant: si pro se, cur non pro alijs? Nulla poterit esse causa rationabilis. Quæ ratio negandi? Nullam euim aut Triumphus inuenit, aut Cardinalis protulit. Et eorum nudæ negationi subiicitur autoritas Papæ: Atqui causas has rationabiles plus, minusve concedunt valere pro indulgentia Ecclesiae. Cur non possunt ea incidere tempora, vt exempli gratia, in aduentu Antichristi, quum omnibus armis suis pugnandum erit Ecclesiae: neque reliqui faciendam quicquam artis, dolii, fraudis, vt cripatur à tanto periculo. Tum autem utilitas indulgentiarum metuenda est. Olim magno erant in pretio, quum tamen nihil remitterent preter poenas impositas in foro Ecclesiae. Addenda fuerunt paulo post penæ futuræ purgatorij, ne sua vilitate abirent in contemptum. Et quum huius inuenti aλις fuit, αλις ιρριπισθαι, adiencia fuit singularum animarum redemptio. Ita postulauit necessitas: quia præstat thesaurum vel profundere, quam Ecclesiam permittere fame perire. Tandem, quum nihil horum satis erit, erunt absque dubio, quas modo singulas diribere soliti sunt animas in purgatorio, qui omnes una auctio ne proscriptant.

XLIV. Sed redeo. Quibus iudicialis absolutio non placuit, iij suffragium substituere. Angelus, Sed quid, si aliquis facit pro eo? Respondeo, quod se indulgentiam concedens exprimit, valebit: alia non valebit, si hoc non exprimit: etiam si ille pro quo facit, sit mortuus, non per modum indulgentia, sed suffragij & haec est communis opinio Theologorum. Et apud Cunerum exempla sunt, Pascasius Pontifex dicitur aliquando sic dedisse: quicunque celebraverit, & celebrari fecerit quinque missas pro anima parentis, vel amici existentes in purgatorio, remissionem plenariam per modum suffragij, tali anima elargimur. Pius vero quartus in generalibus quibusdam indulgentias, defunctis, inquit, pro quibus hac alij fecerint, per modum suffragij concedimus, quantum diuina bonitati placuerit. Sed Leo decimus, Decretali aduersus Lutherum anni 1518. declarauit, Romanam Ecclesiam, tam pro viuis, quam pro defunctis indulgentiam concedendo, thesaurum meritorum Iesu Christi, & Sanctorum dispensare, & per modum absolutionis, ipsam indulgentiam conferre, vel per modum suffragij illam transferre.

XLV. Quid sit autem, & quomodo intelligendus hic modus suffragij, non est nullus labor inquirere. Aliqui existimarent ita esse, quia prossint animabus missæ, preces, aliaque pia opera, quæ Pontifex iniungit, quum concedit indulgentias. Alij, quia Pontifex applicet satisfactions Christi, & Sanctorum ex thesauro, tam viuentibus, quam defunctis: sed viuentibus per opera ipsius viuentibus iniuncta: defunctis vero per opera eiusdem viuentibus imperata: quæ quum fiant nomine defunctorum, suffragia quedam defunctorum dici possint. Vtramque hanc Bellarminus expludit sententiam, & tertiam inducit: Vera, inquit, sententia est, indulgentias valere per modum suffragij, quia non possunt per modum absolutionis iuridica, sed per modum solutionis, quomodo profici suffragia, que vel publice, vel priuatim pro defunctis fieri solent. Sed quum suffragia tribus modis defunctos inueniunt, per modum meriti i de congruo, per modum impetrationis, & per modum satisfaktionis: indulgentia autem non sint nisi satisfactoria, intelligendum est, indulgentias dari defunctis per modum suffragij tantum satisfactorij. Itaque, quemadmodum quum quis dat eleemosynam, vel ieiunat, vel peregrinatur ad loca sancta pro defunctis: non absoluunt defunctos à reatu penæ, sed offert Deo satisfactionem illam pro defunctis, vt Deus eam acceptans, liberet defunctos à debita penæ, quam luituerant: sic Pontifex non absoluunt animas defunctorum, sed offert Deo ex thesauris satisfactionum, quantum necesse est ad eas liberandas: & Deus acceptans aliam satisfactionem communicat animabus defunctorum, eas liberat à reatu illo penæ. Sed hoc interest inter suffragia & indulgentias: quod ut suffragia offendantur, non requiritur aliqua iurisdictione: sed ut indulgentia dentur, requiritur iurisdictione: quia non potest thesaurum dispensare, nisi qui habet claves Ecclesiasticas. Præterea,

LIBER VIGESIMVSQVARTVS. CAP. VII.

*Si vero, qui offert suffragia, nescit an id quod offert sufficiat ad animam liberandam, vel solum refrigerandam: at Pontifex potest offerre ex thesauro illo infinito, quantum requiritur ad satisfaciendum integrum pro reatu cuiuscunque poena: Et ideo dicitur, dare indulgentiam plenariam, atque animas liberare per modum suffragij, quia offert quantum ad plenam satisfactionem sat est.*

**XLVI.** Sed Cunero hæc sententia nullo modo satisfacit: itaque videtur pronior in eam, vt non indirecte ad Deum eatur, qui soluat: sed directe Pontifex ipse soluat, ac libereret, Potest, inquit, efficaciter indulgentias ad defunctos transmittere: ita nimirum, ut quam viuentibus pro iisdem operibus posset indulgentiam concedere, eam in defunctos transferat, pro quibus hac intentione viuentes laborant. Fundamentum hoc habet, Simpliciter enim, & sine villa personarum qua foris sunt distinctione, Petro claves regni datae sunt: unde optimè se des Apostolica intelligit datam sibi potestatem, quibusvis Christi fidelibus, dummodo idonei, & parati sint ingredi, tollenti reatum temporalem, qui eos ab ingressu impedit. Qui enim claves habet, sine personarum quibus aperiat prescritione, sed absolute, indistincte, & generatim, cur non omnibus qui foris sunt, & parati sunt ingredi potest aperire? Neque enim cui ciuitatis cuiuspiam claves commissae sunt, ciuibus duntaxat portas aperit, sed omnibus qui certo mandato non excludentur: quum interim qui in gratia defuncti sunt, cines sunt & domestici Dei, sicut qui in terra caritate viuunt: ciuibus autem unitter sim ad portas aperiendas claves propriæ seruunt. Quum itaque defuncti in purgatorio, maxima sit ad Deum desiderant, & concupiscant solvi, ac ingredi, nullum impedimentum aliud, quam temporalis pena debitum habentes, cur claves qui habet pro omnibus absolute, iis regnum aperire non potest? Hæc Cunetus, & alia multa: est enim in eam partem & prolixus & vehemens: vt facile appareat zelo quodam ( secundum scientiam?) agi in eos qui potestatem Papæ vel tantulo circuncidunt.

C A P. VII.

*De initiis oppugnarum indulgentiarum, & capitibus  
futuræ disputationis.*

I. **G**ratulemur nobis, liberatis tandem tam prolixo, tam molesto labore explicandarum alienarum satisfactionum. Non potuit breuius expediti nouitium inuentum, tam anfractuosis mæandris tortuoso, tam recentibus distinctionibus obscuratum, tam nouis paradoxis horridum. Sed laboris tedium, compensatum iri spero magno futuræ disputationis emolumento. Non enim potest non magnum inde iam præjudicium esse cauæ Papistice, ex nouitate, obscuritate, incertitudine, paradoxis. Vno verbo, rem vel oculis subiecisse, magna pars est refutationis.

H. Profitemur ergo, quicquid id est satisfactionum alienarum, quicquid indulgentiarum, credere, proslus alienum esse à fide Christiana, Catholica; alienum esse debere ab ore, à corde, omnium, qui se redemptos fateantur sanguine Christi. Neque potuisse in mentem venire, non hominibus dico, sed Sarcanæ, quicquam, quo Deo illudcerent audacius; orbi impudentius. Vt quæcunque alia sunt in fide innouata, videri potuerint tentamenta quædam; quibus experiri voluerit immanis ille humanae salutis hostis, an quicquid impositum iret oneris, capax esset tollere humanum genus.

III. Neque amplius miror, hinc factum initium maximi huius operis, quod omnes vel inuitos in stuporem rapit; bonos vero volentes in Dei laudes cogit exclamare. Reformationem haec dico, quæ Romanum impostorem omnibus propinat agnoscendum. Non erat hæc quidem aut sola, aut prima impostura, qua ille orbi illusus est: sed ita factum, vt in morbis: quinō repente corpus inuadunt, sed paulatim quasi instillantur: fallit occultum venenum, aut toleratus, aut dissimulatur, donec cumulati humores, etiam dolores violentos excitent, à quibus eiulatus: inde sanitatis cura: hæc ab effectis his postremis regreditur ad causas, suo quamque ordine: quibus ut perstantibus perpetuus morbus est, sic remotis certa salus.

I. Indulgentias publicauerat Leo decimus; eas in immensum extolbant quæstuarij prædicatores, teste Sleidano, cuius historiæ inde initium est. Sed Iacobo Augusto Thuano, grauius erit testimonij pondus: Is, historiarum lib. 1. factum sic describit, *Leo, quem alioqui ad omnem licentiam spōte sua ferretur, Laurentij Puccij Cardinalis, hominis turbidi, cui nimium tribuebat, impulsū, ut pecuniam ad immensos sumptus undique corrogaret, missis per omnia Christianiæ orbis regna diplomatis, omnium delictorum expiationem, ac vitam æternam pollicitus est, constituto pretio, quod quisque pro peccati gratuitate dependeret: in eamque rem per pronicias quæstores, & araria ordinauit, quibus additi praæcones: qui tanti beneficij magnitudinem apud populum commendarent, & orationibus artificiose compostis, propositisque palam libellis rei officiaciam immoderatè extollerent. Quod licentiose nimis à Pontificiis ministris paſsim, atque in Germania præcipue fecerat, ubi qui redimendâ pecuniam Româ à Pontifice conduxerant, per lusura & popinas quotidie sine pudore in alea lusum, usque turpissimos potestatem extrahendi animas functionum ex igne expiatorio profundebant.*

V. Mout hæc impudentia Lutherum, vt , anno decimo septimo post quingentesimum & millesimum ( quem annum Onuphrius , in Leone decimo, notat ob hanc rem , vt Romanæ Ecclesiæ grauissimum ac pestilentissimum, rato sperantibus quidem atque oportantibus omnibus pijs omne ) ausus sit disputare, de ea retantum: post inde accepta occasione , de Papæ autoritate, quam vnicam aduersarij opponebant : inde paulatim de reliquis doctrinæ capitibus. Et initio quidem, titubans, vt infantem diceret prima vestigia tentantem: dehinc in dies magis ac magis confirmatis viribus. Thuanus, Tunc exortus Marinius Lutherus Augustinianus, VVitenbergæ in Saxonia Theologiam professus, qui refutatis primum, moxque damnatis preconum concionibus eo postremo denuntit, ut ipsam Pontificis potestatem, quam sibi per illa diplomata arrogabat, in dubium renocaret, ac tandem ad doctrina examen, quam successu temporis labefactatam dicebat, crescentibus per contentionem animis descendere.

VI. Nugatur Hosius, primo aduersus Brentium libro, atque ex eo tum Genebrardus, tum alij, earum iudicantiarum curam demandatam à Papa,  
Tom. III.

Dominicanis; quæ antea solebat Augustinianis eam rem doluisse, tunc Stau-  
picio horum Generali, tum Lutherò: indequè ex inuidia ad has turbas de-  
uentum. Id nos, verum sit, an falsum, quorsum inquiramus? Quanquam  
suspecta est calumniatorum fides multis alijs argumentis. Sed quid cum Nà,  
cum Paulo nos potius libere dicimus, *Sicut in speciem, sicut sincere Christus an-*  
*nuntiatur, de hoc gaudeo, atque etiam gaudebo, i. ad Philipp.* neque tam poter-  
it displicere, si quid humanæ infirmitatis appareat in Lutherò, ut non admira-  
remur infinitam Dei potentiam, quæ etiam in infirmitate perficitur.

VII. Sed his missis, quod infar agamus. Ex longa illa satisfactionum alienarum, qua priuatarum, qua publicatum, disputatione multa distinguntur capita, quibus disputandis magnifice luctuunt olim Scholastici: nec Bellarminus abstinuit, aut Gregorius de Valentia; quibus non fundamenta fuere duntaxat firmando; sed etiam in tam profundae somniationis iunctis absurdis satisfaciendum immanni curiositatis pruritiu. Nobis vero non ius disputantibus longe pauciora sufficient, vnum generale, vtrum possint peccatores alij pro alijs satisfacere: Alterum, vtrum sit satisfactionum thesaurus in Ecclesia dispensandus a praelatis. Nam tertium, quod pertinet ad animas corpore nudatas, non libet attingere: tum quia ex praemissis, facile erit iudicium: tum vero etiam, quia magis proprium est disputationi future de Purzatorio.

C A P. VIII

Quomodo è Scripturis Papista probent alienas  
Satisfactions.

I. **D**e igitur satisfieri posse aliena mutuatisque opera contendunt docere Papistæ è Scripturis, hoc primo argumento. Ioannes de Turrecremata, art. 2. Dicit Apostolus ad Galat. 6. *Alter alterius onera portate: sed onera quæ maximè sunt portanda, sunt onera spiritualia: ergo videtur, quod unus pro alio possit onus penitentia suscipere.* Ab eo Peltanus: Hoc mutua opera debitum Paulus exprimit legis nomine: *Alter alterius onera portate: sic adimblebitis legem Christi.*

*Jucundam levitatem legem Christi.*  
II. Deum immortalem! quod genus hoc hominum? aut, quid non mortalia pectora cogit superstitione pertinacia! Tantumne sibi unum, aut alterum homuncionem arrogare, ut omnibus, tam sine pudore conetur utipone-re. Non potest tantum peccatum pro dignitate traduci: nec poterit non iniquo animo ferre quisquam vere Christianus, tam impios in interpretanda, imo, torquenda Scriptura lusus. Huius, inquit, mutua opera debitum. Ego vero mutua opera debitum agnosco commendari à Paulo: sed huius opera, id est, cōmodatia satisfactionis, nego apud eum esse, nō tunc, nō tunc. Vin' scire Legem Christi Paulus appellat: at ne vos quidem Sophistæ, dicitis promerciales huiusmodi satisfactiones, ullius legis esse. Sic enim necessaria oporteret: at vos arbitriarias vulsis.

HII. Quid igitur sibi vult Paulus? Non debebat obsecutum esse scienti vim caritatis, quæ est implementum legis. Audiamus tamen testes. Chrysostomum, in epistola ad Thessalonicos, omnia Christi operata sunt ei enim, καὶ οὐκέτι ἔστι τὸν αὐτὸν τὸν φρεγάντα πολὺ μᾶλλον, καὶ οὐκέτι φέγγει τὸν παθητὸν εἰδαπλούσατε, οὐδὲ νοήτε αὐτὸν φρεγάντα παρέειντας: Quoniam fieri non potest, qui homo sit, ut si; absque defectu, hortatur ne duri sint inquisitores alienorum peccatorum, sed proximorum tolerent defectus, ut et eorum alijs tolerent. Descripsit Theophylactus suo more: imitatus est Oecumenius. Theodoreetus, Tu habes hoc delictum, illud vero non habes: ille contra quod tu habes, non habet, sed aliud, tu feras illius delictum, & ille tuum, Pchusiotib; 3 epist. 410. oī Διάφωνος εἰδαπλούσατε τομέγενον παλαιότητα εἴσιν πελάζοντες, εἰδετοί τοι διαφοράν εχοντες, εἰδετοί τοι Απειστολαν πειθοντες Παύλον καὶ θαυμαστον μάλλον λατταν βάρον βασαλίζειν, Εποιειν αναστολην πατειν τὸ μέρον Σ. Χριστον οὐδὲ μὴ φέρειν τὸ μερόν εἰδαπλούσα, εἰδετοί μηδεγένεσι κατεργάσαντο δύστολαστα, εἰδετοί ούσι. Σ. Χριστον, τυτίσι τοι αἴραται τοιούσιτε, Qui ob exiguum vitium maximam etiam virtutem parui pendunt, nec res humanas considerant, nec Apostolo Paulo morem gerunt, ad hunc modum admonent, Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Nam, qui parvum vitium minime suffert, is nec maxima virtute perfruuntur, nec Christi legem, hoc est, caritatem exibit.

IV. Augustinus, in 83, q. q. 71. Diversa tempora, & diversa genera infirmitatis faciunt, ut onera nostra portare inuicem valeamus: Verbi gratia: Irans fratrii tui iunc portabis, quum tu aduersus eum non iraveris: ut rursum eo tempore, quo te ira preoccupauerit, ille te lenitate & tranquillitate sua portet. Hoc exemplum ad id pertinet, quum diversa sunt tempora portantum onera sua, quamvis ipsa diversa non sit infirmitas: in ambobus enim ab inuicem ira portatur. Ad diuersum autem infirmitatis genus aliud exemplum videlicum est: velut si quis loquacitatem in se vicerit, & pertinaciam nondum vicerit: alius vero adhuc loquax si, sed iam pertinac non sit: debet ille huius loquacitatem, & iste illius pertinaciam, donec illud in illo, & hoc in isto sanentur, caritatem portare. In Evangelium Iohannis, tract. 17. Quid in grabato, obsecro te? Quid? nisi quia ille languidus grabato portabatur. Sanatus autem grabatum portat? Quod dictum est ab Apostolo, Inuicem onera vestra portate, & sic adimplebitis legum Christi. Lex ergo Christi, caritas: nec caritas impletur, nisi onera nostra portemus. Sufferentes, inquit, inuicem in dilectione, studentes seruare unitatem Spiritus in vinculo pacis. Quum esses languidus portabat te proximus tuus: sanus factus es, porta proximum tuum. In Psal. 129. Qui portant inuicem onera sua, nisi qui habent caritatem: Qui non habent caritatem graves sunt sibi: qui autem habent caritatem portant se. Laetis te aliquis, petit veniam: si non dimittis, non portas onus fratrii tui: si dimittis portas infirmum: & ius si forte in aliquam infirmitatem cecideris, quasi homo, oporet ut sic te portet ille, quemadmodum tu. Denique de confitu Euangelistarum, lib. 2. c. 30. Alia sunt onera parti ipsa & infirmitatis, alia reddenda rationis Deo, de actibus nostris, illa fratribus sauentanda communicantur, hoc praeceps, ab amicisque auxiliis.

V. Quid Primalum nominem? quid Anselmum? quid Haimonem? Quid  
alios? Tuum saltem Iustinianum audi, Peltane, In eodem persistit argumentum,  
omninoq; verisimile est, Paulum Galatiz pricipere, ut eos qui à Pseudoapo stolis se-  
ducti essent, quasi graui aliquo onere pressos subleuerint, ijsq; sua patientia, ac tol-  
erantia subsidio sint: quasi dicat, quum illos in errore lapsos videatis, putate vos in

## DE SATISFACTIONIBVS ALIENIS.

eandem et erroris incidisse, ut a ipsius illis benignè optulemini, ut illi vobis vicissim operem ferantur. Quia sane metaphora docet eos, qui à recta Christi fide per imprudentiam deflexissent, perfidios, ac tolerandos esse: hoc est, leniter monendos, & retinendos in viam, non affere, aut rigide obiurgandos. Etiam Salmeronem, Quia blandi, ac leuiter sunt aliena vulnera contrectanda. Et aliqui fortioribus & astutioribus se prebebant, modeste eos tangens, att. Alter alterius onera portare.

VI. Hecce tamen Pauli verba, si qua fides tot testibus, ad mutua pertinent caritatis officia Sanctorum in hac vita, vt tolerent vicissim suas infirmitates, ex illo axiome, *Caritas operit multitudinem peccatorum*. Breueriter: non ut in seipsum quis vindicet alterius peccata: sed ut se se alteri etiam peccanti ptebeat non incommodum. Itaque, Peltani fuit immanis audacia: imo, ante Peltanum, Thoma Aquinatis, & Thomae Caetani; & si qui alii sunt, qui Peltano viam praeserunt, illis caritatis officijs annumerantes hoc superstitionis recentis monstrum de peccatis lucendis aliquotum nomine.

VII. Parlus, dum ciscat idem ex ad Ephes. 5. *Estate imitatores Dei, sicut filii carissimi, & ambulate in dilectione sicut Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis.* Vult dicere, inquit, quemadmodum mystici corporis caput Christus Iesus, ardenti caritate motus, pro membris suis semetipsum tradidit: ita, si vobis id postulat, vnumquodque eius membrum pro altero se contradat oportet.

VIII. Ridicule. Quid enim ad rem? Equidem apud Ambrosium legi pridem in ea Pauli verba, *vt sicut ille dilexit nos, tradens se pro nobis, ita & nos inuicem pronos etiam animas ponere debeamus.* Sed quis speraret concludendum, satisficeri posse Deo pro peccatis fratum? & non potius, satisfacere ipos nos nostro officio, iniquandis fratribus?

IX. Fatoe, Christum esse pro peccatis nostris oblatum, ut satisfacere: sed nego sequi, ergo & nos satisfacere debere pro peccatis fratum nostrorum. Quod si vim urgent similitudinis, *Sicut dilexit, sicut tradidit: cur negant igitur, satisfacere quenquam pro culpa aliena? pro aliena poena eterna?* Nam, Christus satisfecit. Si ergo necesse est eo penitus modo nos satisfacere, quo Christus satisfecit; omnino nos satisfacere oportebit pro aliorum poena eterna: imo pro culpa. Etho si negant sequi, ne indignentur, & nos negare sequi, pro poena temporali.

X. Enim vero expedita res est. Dixit, Matthæi 5. Dominus, *Diligite inimicos vestros: benedicite ijs qui detinunt vos: benefacie ijs qui oderint vos, & precamini pro ijs qui infestant vos, & persecutuntur vos: ut sitis filii Patris vestri, qui est in celo: facit enim vi solus exortatur super bonos & malos: & pluit super iustos & iniustos.* Eadem in his verbis tum exhortationis, tum comparationis vis est: nec tamen sensus, ut faciamus exoriri Solem, sicut Deus facit: & faciamus pluere. Sed tantum, ut benefaciamus, sicut Deus benefacit: id est, ut benefacientes omnibus, sumus Deo cunctis beneficiant similes. Hoc autem ut constet, nempe Deum, cui nos oportet esse similes, cunctis benefacere, argumentum in promptu est, quod oriri faciat Solem, & pluat super omnes. Similis oratio Pauli est: ut in caritate ambulantes imitemur Christum, & amando homines, similes sumus Christo amanti nos. Nos autem amatos esse à Christo, apertissimum argumentum mors eius. Itaque nugantur, quicunque dicunt: Christus moriendo satisfecit Deo de peccatis nostris: ergo & nos satisfacere debemus de peccatis alienis.

XI. Sed haec tamen priuata fuit audacia Peltani: nunc commune omnium crimen. Nemo est enim Papistarum, aut certe vix quisquam, cui non sit persuasissimum; 1. ad Coloss. disertissimas ex stare satisfactiones alienas: quum dixit Paulus, *Qui nunc gaudeo in passionibus pro vobis: & adimpleo ea qua desunt passionum Christi in carne mea, pro corpore eius, quod est Ecclesia.* Euge: in passionibus pro vobis: adimpleo qua desunt passionum Christi: pro corpore eius, quod est Ecclesia. Nec exspectat amplius, ut triumphent satisfactionibus in tuto constitutis.

XII. Et tamen mollitatem vide hominum. Non quod passioni Christi aliquid in se defuerit, inquit Soto: sed quia labores omnes & officia, quæ membra Christi faciunt, ipsius capitum reputantur, & in bonum Ecclesia redundant. Lindanus, Si verum est, quod ait Paulus, est aliquam profecto inuenire rationem, qua Sanctorum labores, & curæ, & solicitudines Ecclesie, Christi corpori, saluandæ, ac perficiendæ conducant.

XIII. Ωντονεις ναν ιλεγχη: Αζειδεις οντεις Αχαιοι. Hocce est solidis armis, an pugnare penculo? Hem, ex tam diserto, tam potenti loco, tam ignave, tam molliter concludere. Hoc vero non disputare est, sed præuaricari. Magni nugones: quod in disputatione est, ne attingitis quidem. Quis negabat enim Dominico, omnia Sanctorum officia redundare in bonum Ecclesia? Quis Lindano contradicebat, Sanctorum curas Ecclesia saluandæ, atque perficiendæ conducere? Exhibeant nomina: ut nos illi, quicunque, tandem erunt, habeant aduersarios: & quidem vehementiores omnibus Papistis. Non enim patiemur: non patiemur tam pro nihilo haberi eximia Dei dona: immortalitate dignos labores Sanctorum. Sed id alias: nam nunc sane, neq; nobis, neq; Papistis ea res agenda. Aliud, longe aliud in medio possum: utrum videlicet Deo satisficeri possit pro peccatis nostris, aliorum, qui ipsi sint peccatores, peccatis. Atqui, ut seruatam scio Ecclesiam; quum satisfactum est pro peccatis eius: ita nego, quicquid redundant in bonum Ecclesia: quicquid utile est eidem saluandæ, idem esse satisfactionem pro eius peccatis. Quin illud mittunt, quod constat, hoc probant, quod controvenerit?

XIV. Iesuitam audi: Iustinianum Iesuitam, *Adimplere autem se dicit ea qua desunt passionum Christi, non quidem ad meritum, aut vim satisfaciendi, (quid enim deit infinito?) sed vim & efficaciam traducendi mortales ad fidem: idque ut corpus eius mysticum quod est Ecclesia, perficiatur: docendo quippe, monendo,hortando: denique, Euangelium promulgando, magni labores tolerandi sunt, pericula subeunda, multaque incommoda perfervenda. Hoc videntur deesse passionibus Christi, qua tamen ad utilitatem corporis mystici, id est, Ecclesia plurimum valent. Et non paucis interiectis, Quodigitur ait Paulus, adimplere se ea, qua desunt passionum Christi, in carne sua, pro corpore eius, quod est Ecclesia, significat se pati pro Ecclesia amplificanda, seu propaganda, ad eius fidem confirmandam, ac stabiliendam: ut cateros ad sui imitationem prouocet. Sicalibi: omnia sustineo propter electos, ut & ipsi salutem consequantur.*

XV. Conducant ergo sancte saluandæ, perficiendæque Ecclesie, Lindane: Redundant in bonum Ecclesie, Dominice: dum nesciunt satisfactiones

pro peccatis. Etenim, quis vestrum eousque audax futurus est, vt neget, si militer utilia Ecclesia non omnium tantum fidelium, sed etiam omnia opera bona? Expecto, dum dicatis, omnia bona opera in satisfactionibus numeranda: qui tamen sola laboriosa opera, sive penosa definitis.

XVI. Nec Soto Lindane fortior Peltanus. Vulgariter, inquit, quemadmodum mystici corporis caput Iesus ardenti caritate motus pro membris suis semetipsum tradidit: ita, si vobis id postulet, vnumquodque eiusdem membrum pro altero se contradat oportet. Idem enim hinc concludit, quod ex precedenteloco.

XVII. Nihil verius, inquam. Sed de satisfactione cur mutus? Potest autem vnum idemque exemplum in imitatione trahi, et si varient fines: & se aliquis tradere pro alio, vt Christus, qui tamen pro illius peccatis non satisfaciat. In 2. Samuelis cap. 18. *Fili mi, Absalom, filii mi, filii mi, Absalom: vniuam mortuus essem pro te, Absalom filii mi, filii mi.* Viden Davidem voluisse mori pro filio? At, vt satisfaceret pro cius peccatis? Quis credat? Sed certe ex affectu verè paterno. Paulus ad Galat. 4. *Testimonium reddo vobis, vos, si fieri potuisset, oculos vestros effosso datturos mihi fuisse.* Ad Philemon. *Ut ne dicam tibi, te etiam, te ipsum insuper mihi debere.* Scilicet, indigebat Paulus, aut Galatarum, aut Philemonis satisfactionibus, vt suis peccatis: vt saltet suorum peccatorum peccatis temporalibus exoneraretur.

XVIII. Sed erant potius mutuæ caritatis officia: quæ inter vere Christianos verissima, non querit quæ sua sunt. Itaque, quoties videt se posse esse utilem fratribus, eo fertur tota, nullis sibi suorum commodorum, incommodorum, prescriptis limitibus: qui hominibus huius seculi solent in omnibus primis tenere. Ex eo principio Paulus dixit, 2. ad Corinth. 12. *Ego vero lubentissime impendam, & expendar pro animabus vestris.* Et hic, Non me fugit, inquit Iustinianus, hic etiam nonnullus de vi, atque efficacitatem meritorum Sanctorum disputare, neque suo, neque opportuno loco: sicutdem Apostolus de suis laboribus agit, quibus docendo, atque orando Corinthiorum salutem promovere poterat: qui sane labores, etiam apud Deum nullius meriti fuerint, plurimum tamen Corinthiorum saluti prodeesse poterant.

XIX. Denique, inde est Ioannis δένθη μα, primæ tertio: *Per hoc cognovimus caritatem, quod ille animam suam pro nobis posuit: nos igitur debemus pro fratribus animas ponere.* Salmo, *Quoties vel moriendum est, vel fratres nostris scandalizandi, vita propria preferenda est salus proximorum.* Postremo, ubi causa se obtulerit, vel illustrande *Clementia & doctinae*, vel animas plurimas Christo lucrificandi, etiam si certa inde mors oritura exspectetur, non debemus moriendi laborem detrectare. Lyranus, *Si quis videat periclitari proximum spiritualiter, & non possit sibi aliter subuenire, nisi per hoc, quod talis videns exponit se mori corporali: in tali casu tenetur hoc facere, & non aliud.* Et hoc modo videtur beatus Vitalis martyr Vrsinum medicum, in articulo mortis possum proside Christi & expauescentem, sua exhortationibus roborasse, pro quo ad mortem fuit condemnatus. Illi vero qui curam animarum habent, ut Sacerdotes, Curati, Episcopi, & alij Prelati, non solum in hoc casu, sed etiam in aliis tenentur pro salute subditorum suorum vitam exponere corporalem: ut pote se lupus intret gregem ad corrumpendum eum in fide & moribus.

XX. Manifesta est tandem solutio, quam ex Caluino, & Chemnitio, Gregorius de Valentia collectam sic expressit. Significare Paulum, se tanquam vnum quoddam membrum Christi, eas passiones adimplere, quæ Christo perferendæ restabant in corpore suo mystico, quod est Ecclesia; atque eas quidem pro eodem corpore Ecclesia adimplere, non ut Ecclesia ad satisfactionem, seu redemptionem aliquam poenæ peccatis debitæ valerent: sed ut ei prodecent ad edificationem in fide, & in verbo Euangelij: si quidem laboribus & persecutionibus D. Pauli plurimum reliqui fideles in suscepit Christi religione confirmabantur

XXI. Quid ergo acquiescuntne? Imo Gregorius: Recte quidem probant, inquit, Apostolum catenus etiam pro Ecclesia passum fuisse, quatenus ea quæ passus est, Ecclesia profuerunt ad fidei edificationem. Non probant autem, neque probare vlo firmo argumento possunt, quod non etiam illa passus Apostolus fuerit, vt seruire possent membris Ecclesia ad satisfactionem, seu solutionem pro aliqua poena peccato debita. Et addit, *quinto ea etiam ratione illum passum fuisse pro Ecclesia, manifeste demonstramus.*

XXII. Sed hanc demonstrationem statim video. Nunc admiramini Aristotelicum artificium. Non probant, inquit, non passum esse Paulum, vt satisfaceret pro alijs. Erudite, & Iesuitice. Quasi respondentis eadem partes sint, quæ interrogant. Quasi ad infirmam obiectionem non sufficiat sola, nudaque alterutrius antecedentis negatio. Miram hoc tandem seculo rerum mutationem: ut oporteat à nouis magistris nouas artibus leges constituiri.

XXIII. Et tamen probauimus eo ipso, quum ostendimus genuinam loci mentem: quam ne ipse quidem potest improbare. Nonne enim ita sollet fieri: quanquam *επεισωτις*? At negat illam solam. Tuum ergo est, inquam Gregori, hanc aliam demonstrare, aut solam esse, aut una cum alia: non nostrum calumniari in disputando defectum. Sed solam, ne ipse quidem ausus: Coniunctam negabit tuus congerio Iustinianus, diferte disparans. Recole verba, iam ante relata, *Adimplere se dicit ea qua desunt passionum Christi, non quidem ad meritum, aut vim satisfaciendi sed vim & efficaciam traducendi mortales ad fidem.* Viden? Audiri? & nostram, id est, Caluini, Chemnitij que mentem assertam? & tuam negatam? Negatam, inquam, à Iustiniano, & quæcumque Papista, & Iesuita?

XXIV. Et sane concedunt omnes Papistæ. Omnes? mentior: nam vnu Polygranus reclamat, *Hic palam insinuat, inquiens, id quod sua patitur in carne Ecclesia prodeesse: atque quod passus Christi in his minus habuit sua supplerit: non quod Pauli passiones, Christi sunt efficaciores: sed quia Christus per suam passionem tulit culpam, Paulus cum aliis iustis operando & patiendo pro corpore Christi, quod supererat implenerunt. Cohorri legens. Sed alij religiosius. Soto, Non quod passioni Christi quicquam in se defuerit. Iustinianus, Non desunt passioni Christi, quod meritum, aut vim satisfaciendi. Sed si hæc protestatio, vera: ergo nullæ ha possunt esse Pauli satisfactiones. Ratio certa: quia sicut passiones suas dixit adimplere quæ deerant passionibus Christi: sic posset dici satisfactiones eiusdem adimplere quæ desunt satisfactionibus Christi.*

Etenim

Etenim quia deesse dicitur passionibus Christi; id quod pati debent fideles: si deesse satisfactionibus Christi ea dicenda erunt; quae fideles satisfacere debent. Etho si refugiant aures Christianas: certe ne illud quidem pati debent.

XXV. Sed audiamus Gregorij de Valentia demonstrationem: & quidem manifestam: ita enim pollicetur. Dubiam esse non debet, quia Apostoli mens; atque voluntas fuerit passionibus illis suis; Ecclesiae prodeesse omninatione & titulo; quo prodeesse illae poterant. Atqui Ecclesiae prodeesse poterant non modo, ut exemplum bonum ad edificationem fidei continebant, sed etiam secundum vim satisfaciendi pro pena. Ergo hac etiam ratione Apostolus passionibus illis suis Ecclesiae prodeesse voluit. Probat maiorem; tum quia absolute dixit pro corpore Ecclesiae; nullo determinato peculiari modo: tum quia sic decuit praestantem Apostoli caritatem. Probat minorem: quia in qualibet perpessione, seu operatione pii hominis; ut molestiam aliquam haberet, & cum gratia est coniuncta, vis inest pro pena temporali satisfaciendi, tum pro se, tum pro aliis: & hoc patet ex Augustino in psal. 61.

XXVI. *Eusebium.* Et subit mirari demonstrationum pectora fertilissima in quamcunque partem dederint se. Abi; iam non succenso abutentibus indulgentiarum thesauro in bella Turcica: non in basilicarum immanes substructiones, non in pontium moles immensas: imo ne in meretrictum quidem delicias. Hæc enim omnia uno utilitas fasciculo comprehenduntur: & tu me docuisti, Gregori, quicquid aut erat: aut esse poterat utilitas Ecclesiastica: id in mente venire Paulo, tum cum exploraret quod dedit passionem Christi. Certe Leonem 10. verisimile est haud alia confidencia, & immensas collegisse, & collectas impudentissime profligasse pecunias, propter quas subiactum ei fuisset Lutherum audiuius.

XXVII. Sed fallarisne, an potius fallis ex omnibus affirmatiis in secunda figura? An vero etiam *ψιθογέρων μα* est theologicum, potuisse Pauli passiones utiles esse secundum vim satisfaciendi pro pena? Nam hoc nunc adeo nos contra disputamus, nec probatur à te; nisi partim cruda principij petitione: aduersus Caluinum disputante & Chemnitium; ex tua, tuorumque hypothesisi; partim impostura. Nam vim illam satisfaciendi pro pena, cui soli posueri, nec scientie nec conscientie, aut Caluino, aut Chemnitio: ita frustra a te subsumitur.

XXVIII. Testimonium vero Augustini, nihil redolet praeter imposturam. Legisti, *Patinus Christus in membris suis, id est, in nobis ipsis, ad communem hanc quasi Rempub.* Nam quisque pro modulo nostro exsolutionis quod debemus. Et hoc tibi exoluendi, placuit verbum: quasi ipsum illum satisfactionum thesaurum inuenies. Atqui primum, hæc ipsa Augustini verba manifeste confidunt omnes alienas satisfactiones. Nam, qui eas implent, non ipsi exsolunt quod debent: sed quod alii: at hoc negaveri Augustinus: & contra, unumquemque exsolueret quod debet. Sta fidei testis tui, Gregori. Certe si quisque quod debet, exsoluit; alii pro aliis non exsolunt: neque ergo Paulus pro corpore Ecclesiae.

XXIX. Sed exsoluere tamen hoc ipsum, quid est Augustino? Satisfactione Papistica, si non aliena, saltem propria? Nihil quidem; ut mirum sit tam alte iterisse Gregorium: nisi superstitionis ebrietas torporem inferret. Nam Papistæ satisfactionem appellant, id quod pro alio debito reponitur; & quidem sponte: non enim hic appellat ipsam primarij debiti exsolutionem: vt, qui penas Purgatorij debet, penas purgatorij soluat: sed vicariam; siue potius supposititiam nescio quam satisfactionem; quæ pro purgatorijs cruciatus pilicullos esiteret, aut pisa, aut olera. At Augustinus, nihil horum: sed ipsam debiti primarij exsolutionem vult: & debet intelligi has ipsas passiones, quas Paulus nominabat: *Tantum ergo patetis, inquit, quantum ex passionibus tuis:* (sic enim legendum, non suis) *inferendum erat uniuersa passio Christi: qui passus est in capite nostro, & patitur in membris suis, id est, in nobis ipsis ad communem hanc Rempub.* Nam, quisque pro modulo nostro exsolutionis quod debemus: & pro posse variis nostrarum, quasi canonem passionum inferimus. Intellexisti? Canonem passionum, id est, imperatam partem, vt fit in subtilijs Reip. præstandis, cuique sua per soluenda pars est, quam debet: haec enim Canonis nomine significabatur. Ergo non aliud quidem, sed has passiones quisque debet. At negant Papista suas satisfactiones debent. Imo disertè in indulgentias, non hili supererfluentes, superabundantes, superflua colligunt. Quam procul ab Augustino?

XXX. Lindanus, & Lorichius abutitur exemplo illius incesti Corinthij: Apostolus Paulus, inquit, illi Corinthio propter incestus crimen Ecclesiae communione separato, iustum satisfactionis penam ob allorum preces, lacrymas, atque intercessionem mitigavit, adeoque aliquid condonauit, *Cui autem aliquid donatis, & ego, post ad Corinth. 2. Vbi Theodoretus, Postquam resciuit eos utilitate cepisse ex iis, quæ ad eum scriperant, dat eis postquam resciuit eos utilitate munificientia.* Cui autem aliquid donatis, inquit, & ego. Id autem inuit, eos Corinthios per beatos viros Timotheum & Titum, pro coqui peccata, rogasse. Theophylactus in illud, ita ut è contrario magis donec. Non modo, art, soluenda est vestra in eum concepta obiurgatio: quin potius & aliquid plus venia concedendum. Et infra, Ostendis itaque Paulus, non tam hinc Corinthium paenitendo, quantum horum gratia & dono se veniam accipere posse.

XXXI. Iustum satisfactionis penam mitigauit? Vnde hoc? Quis dixit, siue Paulus, siue Theodorus, siue Theophylactus? Nec syllabam quidem. Sed dixit Lindanus. Egregium virum, & dignum, qui cum in tenebris miseres. Nos scimus condonatum aliquid illi Corinthio: Icumus condonatum precibus Corinthiorum. Sed penas à Deo post remissionem culpe retentas, negamus condonatas: condonatas Corinthiorum satisfactionibus negamus; quæ nostra quæstio est. Longe enim abesse & excommunicatione à penis referatis, & preces à satisfactionibus. Excommunicatione militat peccatorum onus penitenti: at penas reseruantur non nisi contrito, confessio, absolutione. Quid? quod Anselmus notat sufficientem illam fuisse medicinam ad evacuationem culpe illius? Culpe, inquam, non penæ.

XXXII. Preces, vel ad Deum nuncupantur, vel ad homines: & haec quidem preces Corinthiorum ad hominem, non peccatorum. Quis autem docuit preces, quis rogatur homo, quicunque tandem sit, satisfactiones esse apud Deum? Ego vero nondum obseruare potui, vel in ipsorum Papistarum

Tom. III.

scriptis: & per se absurdissimum: *Quis enim ferat, Deum offendi, Deum adiudicare penas: hominem tamen rogari, & ita satisficeri Deo? Quid? quod ne ad Deum quidem fusæ preces pro satisfactionibus sunt? Habes apud Iacob. 5. Oratio fidei seruabit infirmum, erigeretque eum Dominus: quod si peccata commiserit, remittentur ei.* Atqui, in extrema Vnctione, (Vnctionem enim extremam huius occasione loci commenti sunt Papistæ) preces Sacerdotis satisfactiones esse pro insitimi peccatis, nondum Papistis sicutum; quod quidem rescuerim.

XXXIII. Insuper obseruanda duo. Vnum, condonationis huius finem exprimi: *Vt è contrario magis donetis, & consolamini, ne forte abundantioris tristitia absorbeatur, qui huic modi est: id est, interprete Anselmo, mergitur fluctibus immoderata tristitia, si je diutius viderit à cunctis abiecta.* Salmerone, *Ne forte desperans se ad Christum posse converti, à morte secunda tanquam à chargib; absorbeatur, aut reddatur pufillanimus, & abiectus ab omni bono præstante.* Non igitur, inquam, satisfactione illa fuit pro penis à Deo refutatis? Nam ab his ratiuum tale periculum: exemplo sunt penæ purgatorij, quæ præcipue his satisfactionibus expiante proponuntur: nam, qui in his sunt, eos credunt esse fatae salutis certulos: quomodo ergo periculum esset, ne ob eas desperatione absorberetur quisquam? Quod uero hæc indugentia non respicit penas à Deo referutas, ergo ne ad satisfactiones quidem pertinere potest.

XXXIV. Secundo, causam indulgentiae expressam vides: *Sufficiunt illi, qui eiusmodi est, obiurgatio hæc quæ fit à pluribus: ut è contrario magis donetis, & consolamini.* Sufficiebat ergo: quid? nimur id quod iam patiens erat: *Magnum enim dolorem patitur (aiebat hinc Ambrosius, & exscribatur Anselmus) qui delictum suum videt à pluribus horribiliter.* Si sufficiebat: ergo satisficeretur ipse peccator. Quid igitur opus erat diu in satisfactionibus? Imo, quid opus erat aliquid penarum condonari? Et hic poterant Sophistes in secessu ponderare. Condonationis ergo Paulinæ causa fuit, non quod Corinthij pro eo satisfecissent, sed ipse potius peccator: nempe, sicut Anselmus notat, *Nunc renocat eum quem Satana tradideras, & Ecclesiae membris associari.* Quod utique non faceret, nisi processus temporis dignus in eo paenitentia & fructus præuidisset, & nisi caro illius tam præscriptum interitum pertulisset, peccato scilicet & virtus mortua, ut sic Deo vivaret.

## CAP. IX.

*Quibus rationibus probent Papistæ Satisfactiones alienas.*

I. Lindanus: *Quum Sanctorum sit communio, atque bonorum omnium, quæ Ecclesia, (Christi corpus prædicata) possidet, participatio omnibus æqualiter obvia, quidni vnius membra afflictio alteri membro affligenda in luenda penæ solutionem cedat, quum vnius membra felicitas alijs quoque omnibus membris ornamento sit & commoda?*

II. Monstrum argumenti. *Quæ enim illi forma constare potest? Enim vero supponi oportet, aut omnia quæ ad communionem fidelium spectant, esse satisfactiones aliorum pro aliis, vel aliqua saltem.* Illud falsissimum. Nam, neque qui propriis penas latifaciat, eundem pro aliis satisfacere aucti sunt Papistæ allerere: & quod notauit Lindanus, quæcunque icelicia, ea sic pertinent ad eam communem, ut non ad satisfactiones tamens quas omnes penale definierunt, sed ad ornamenta. Ergo ne aliqua? Atqui à puris particularibus aula, conclusio est: vt ne dicam hoc ipsum supponi falso, atque adeo thesis lumi pro arguento.

III. Sed tamen, si prospera sunt ornamenta & commoda, inquit, ergo aduersa satisfactioni. Hanc vero nos consequentiam non rideamus? Opposita scimus esse prosperis aduersa: & scimus contra contrariorum esse consequentia. Sed negamus, codem opponi modo satisfactiones, ornamenta commode, & aduersa prosperis. Dixi: si ornamenta sunt, & commode prospera: ergo afflictiones equaliter & incommodo; effectusque afflictionis nostram meritum. Revera enim ita est: vnde Paulus, 12. ad Romanos. *Gaudete cum gaudibus, & flete cum flemibus.* Arque hoc modo etiam peccata pertinent ad hanc communionem: hinc enim idem Corinthios increpat, quod non luxerint propter incestum.

V. Sed hoc genus communions nihil ad satisfactiones. Alioquin ipsa etiam penæ cuiusque, siue quas necessario patitur, siue quas voluntario suscipit, pro suis ipsis peccatis, possent satisfacere pro alienis; quod immane quam abhorret à Papistarum placitis. Præterea, nemo vnuquam moreretur non abloitus satisfactionibus: quia enim aetate prosperorum, aduersorumque communio certa est, & penderat ab ipsa membrorum unione: quicunque in ea vniione esset, eo ipso applicari tibi aliorum satisfactiones. Et quoniam, quoniam quis affligebatur, non expectabat Paulus intentionem afflerti, sed eo ipso affligebatur ipse, quod membrum Ecclesiae videbat in eo statu, esse: ne quoniam quis pro se satisfacret, sufficeret ut alias qui cuncte peccator fuisse in gratia constitutas, veller ea satisfactione suis penis esse satisfactum: ne consulto quidem Episcopo Romano, magis illo thesauri dispensatore. Exempli gratia, ipsa illa excommunicatio, quam incestus ille passus est, ob suum proprium peccatum, satis fuisse in oribus, qui indigne communicabant corpori & sanguini Domini. Nam ex ea immensum dolorrem, quoniam caperent Corinthij, ostenderunt ad suam communionem pertinere. Adeoque cum Lindano exclamare poterant: Si restituotius eius omnibus nobis ornamento futura est, cur non eius excommunicatio in luenda penæ solutionem cedat?

V. Denique; quæ bona, quæcunque mala communia sunt Christianis, ea per accidens communia sunt. Sic incestum solum per se puniebat excommunicatione: quia revera nemo excommunicabatur præter eum: sed per accidens pertinebat ad reliquos Corinthios ob incepsum inde conceptum: itaq; nulli horum aut pena fuit, aut pro pena. Nemis parum dixi, pertinuisse ad Corinthios: amplius dico, pertinere ad omnes omnium etatum Christianos; propter exemplum: sicut Paulus dixit ea quæ in deserto euenerant olim Iudeis, typos nostri fuisse: necdum tamen audiui, hanc excommunicationem relatam in magnificum illum thesaurum Ecclesiae.

Y 3

VI. A&E

## DE SATISFACTIONIBVS ALIENIS.

V. Ast in hac quæstione contra fieri volunt ingeniosissimi homines. Nam, quas satisfactiones alienas describunt, eas nolunt esse satisfactiones pro peccatis eorum, à quibus illæ sustinentur: sed eorum pro quibus suscepimus, aut quibus applicantur: unde consequæ sunt in illum famosum thesaurum, non omnes pœnæ, quas dederunt olim Sancti: sed superflue tantum; & alioquin otiosæ, rubiginemque contra Eturæ tandem, si exulent ab Ecclesiæ peccatores, aut cessent indulgentiae. Itaque, hoc somnium longissime abit à natura communionis: quum has pœnas faciat viles eis qui non patiuntur, & his quidem folis.

VII. Peltanus: Si Deus ob aliena peccata multis sæpe multis calamitatibus inuoluit insontes: ergo etiam pœnam temporariam iusto, vel etiam iniusto, propter utroneam alterius satisfactionem condonabit. Probat consequiam, quia Deus misericordiarum pater, non minus propensus est ad miserandum, noxamque & pœnam promeritam condonandum, quam ad condemnandum, vel puniendum. Probat antecedens exemplis. Propter unum Davidis peccatum septuaginta Iudeorum millia peste extinxit: propter viii Acham sacrilegum tria milia in fugam vertit: ob fugam Ionæ nautas cum ceteris vectorigib[us] prodigiosa tempestate vexauit: ob Pharisæorum & Scribarum iniquam in Christum conspirationem, innumeris cladi bus totam gentem opprescit, iam inde ab Euangeli exordio. Et quis fando exprimere queat, inquit, quod in fontium infantum myriades in mundi Cataclysmo, in Pentapolcos euersione, in Hierosolymorum, aliarumque ciuitatum, ac provinciarum expugnatione interierint olim, etiamnum intereant ob nefaria parentum, maiorumque sceleris.

VIII. Respondeo, posse de antecedente disputari: sed eum laborem alienum esse ab hoc loco, itaque, negari consequentia: nec obstare rationem à misericordia: non enim eo esse misericordem Deum, ut fingant Papistæ pro arbitrio, quid ille sit acturus necne: qui agat non vllis legibus alligatus, sed mera & absoluta libertate voluntatis: qua non reuelata, restent adoranda potius, quam scrutanda eius iudicia.

X. Præterea, satisfactionibus placari, ut libro præced. monebat Valques, non esse misericordie: itaque, concludendum esse potius aduersum satisfactiones. Quia enim Deus non modo non minus, quod latè fuit Peltano, sed etiam magis, quod Christiani confitentur, propensus est ad miserandum, quam ad puniendum: ideo, et si nunquam sine præcedente peccato, vel proprio, vel alieno puniat: tamen, quoties condonat, tum condonat absque vlla, aut propria, aut aliena satisfactione humana. Confirmatur, quia si necessaria esset Peltani consequentia, tum neminem oporteret recipi in gratiam peccatorum, nulla intercedente satisfactione humana, aut propria aut aliena: quod fallsum, teste vel uno Baptismo.

X. Rursus Peltanus: Certè ob insignem Abrahami pietatem pepercit Loth, Genes. 19. & Abimelech, 20. paratumque se declaravit ob decem iustos, si forè tot reperti fuissent, omnibus Sodomitis, & Gomorras, eorumque vicinis parcere, 18. Ob insignem Davidis religionem & sanctimoniam pepercit Salomon, primi Regum undecimo, multisque alijs regibus longa serie ex eo propagatis. Propter Apostoli Pauli caritatem ducentis naufragis animabus, Acto. 28. propter Mosis intercessionem vniuerso Israeli, Exod. 32. & propter eximiam offerentium fidem, utriusque hominis sanitatem prestatit paralytico, Matthæi 9. Quum hæc ergo in beneficiorum præstatione citra vllam tergiuersationem admittantur, cur in temporalium pœnarum condonatione admitti non debeant?

XI. Ut nunquam definunt nugari festiu homines! Atqui primum, in antecedente nullum omnino exemplum est vllius satisfactionis. Nusquam legas, Abrahamum satisfecisse pro Loto aut Abimeleco: non pro Sodomitis, decem illos iustos: non Dauidem pro Salomone, alijsve posteris: non Paulum pro naufragis: non Moen pro Israeli: non pro paralytico, offerentes. Adeo sterilis hæc materia est, ut, qui omnes rimantur angulos, qui euoluunt Scripturas vniuersas, ut, vel tenuerit aliquod exemplum, aut exempli vestigium inuenient alienarum satisfactionum, tum denique anhæli, longoquo perfuncti labore, labore frustra suis sentiant. Itaque, in alia omnia cogantur ire: &, vel tenues conjecturas sectari, vel exsangues comparationes affectare: ut olim Caligula magni apparatus fructum, Oceanis spolia, conchas retulit, & triumphauit.

XII. Secundo: quæ ille facta dicit ob insignem pietatem, religionem, sanctimoniam, caritatem, facta nusquam Scriptura testatur: et si testatur Abrahænum, Lotum, Dauidem, Paulum, insigni fuisse pietate, religione, sanctimoniam caritate. Nempe, intentos semper habent oculos Papistæ in merita: que nulla potest Catholicus agnoscere, qui contra audiit à Petro, Acto. 3. Quid inventos oculos in nos habetis, quasi propria vi, aut pietate efficerimus, ut hic ambularet? neque dubitat eandem esse omnium Sanctorum conscientiam.

XIII. Negamus ergo consequiam: Si propter Abrahamum Deus Loto pepercit, & Abimelech: si propter decem iustos paratus fuit parcere Sodomitis, & quæ sequuntur reliqua: ergo satisfacere posse alios pro alijs. Cur non, inquit, Peltanus? Quasi non ipse debeat potius ostendere cur fiat, quam nos cur non fiat. Et tamen audit: quia perinde est, ac si diceret: Si illi non satisfecerint, ergo alij possunt satisfacere: quo quid quisquam potuit dicere absurdius?

XIV. Iterum Peltanus. Cur, obsecro, Deus exiguae pœnæ partem ob alterius intercessionem, aut voluntariam quoque perspectionem, non remittat iusto, quum ad alterius preces primam gratiam non infrequentiter imperiat iusto? Multo namq[ue] maius est, vel ex congruo alteri primam gratiam promereri, quam pro altero satisfacere.

XV. Entibi adhuc, Cur obsecro? Quasi nos oporteat in eo totos esse, ut quicquid ille somniant, quantumvis alienum, quantumvis absurdum, id cum multis argumentis refutemus: & nisi causam certam, atq[ue] expressam opposuerimus, id obtinere debeat, tanquam certissimum. Enimvero, finistro valde natu somnare, si tantum laboris nos suscipere necesse sit, quantum huic somniationis obrepserit. At nos illud antiquum opponimus, τέτων οὐ εἰσεγένετος iurie.

XVI. Et tamen, ne simus in nostro iure nimij; cur in arguento nihil nisi precum meminit, in consequente autem, non tantum precum, sed etiam voluntariæ perspectionis? Nam nos quidem, si concluderet à precibus ad

preces, hoc modo, si ad alterius preces primam gratiam Dei largiatur impi: ergo ob alterius preces exiguae pœnæ partem remittit iusto; neque formam rideremus, neque vero etiam consequens improbaremus; qui audimus à Iacobu, *Multum valet deprecatio iusti efficax;* & scimus lobum precatum esse pro filiis suis. Sed Peltani abundantiam abominamur, qui etiam de perspectionibus concludit, quas nullas posuit in antecedente.

XVII. Sed maius est, inquit, alteri gratiam primam promereri, quam pro altero satisfacere. Nec meminit se argumentum à maiori explosisse alias, quum nos vtebamur. Beatus nouo priuilegio; ut, quum velit, demonstrat fit, quum nolit, rapidis ludibriis ventis. Veruntamen, quid interest, utrum maius, si falsum utrumque. Certe, promereri querquam primam gratiam, siue de congruo, siue de condigno, nec probauit, nec vero etiam posuit: sed duntaxat impetrare; hoc enim si b[ea]tū vult illud, *ad alterius preces primam gratiam impetratur.* Sed nimur Papisticō loquitur, ut nihil putet à Deo gratis impetrari: sed omnia vi meritorum extorqueti: quod veritas horret dicere.

XVIII. Sed enim, cur argumentum sit à maiori? Primum, exiguae pœnæ partem, cur dixerit non video: quum toties inculcatæ sint indulgentia plenaria, quibus omnis omnino remittitur pœna etiam purgatoria: & quidem annorum etiam centum millium. Hæc certè neque pars est pœna temporalis, neque pars exigua, ut non possit impofuram Peltanis excusare. Deinde, ut sit pœna temporalis minor culpa: at certè satisfacere maius est, quam impetrare. Procederet comparatio; si utrinque impetrari diceret: sed audacior est terminorum permutatio, quam ut disimulari debeat. Profecto neque illi debuerunt tam patide disputare: neque nos tam putidis argumentis permoueri.

XIX. Bozius. Quicquid agunt Catholicæ, & patiuntur, id agere & pati exemplo Christi volunt, at Christus, quicquid egit ac passus est, volunt cunctis illud fidem ipsius vnam sequentibus prodebet. Christo igitur agglutinati Catholicæ, quicquid agunt ac patiuntur, id similiter, quantum diuinus datur, singulis Catholicis efficaciter prodebet volunt.

X. Non nihil simile audiuimus à Gregor. de Valentia super. cap. Similiter ergo respondeo, Concedi vniuersum syllogismum: etiam si nullam habeat legitimam formam. Mihi enim perfusum omnia Christianorum facta, omnes etiam passiones, vniuersæ Ecclesiæ prodebet: neque hoc posse, nisi dum singulis fidelibus prosunt. 1. ad Corinth. 14. *Ad adificationem Ecclesiæ quarite ut excellatis. Omnia ad adificationem fiant.* Verum, hoc multis abest parangis ab iis satisfactionibus, quas nunc & obtundunt Papistæ, & refutant Catholicæ: atque adeo has ne nominare quidem ausus Bozius.

XI. Verum est, omnia fieti à Catholicis exemplo Christi: verum etiam, omnia Christum fecisse ad satisfaciendum pro Ecclesiæ. Sed, omnia Catholicos facere ad satisfaciendum pro Ecclesiæ, non concedo. Ratio, quia quæ sunt exempla Christi, non necesse est fieri eodem fine. Sic exemplo Christi patrarent Apostoli miracula: sed Christus, ut se Deum ostenderet, & demonstraret: at non Apostoli similiter: verum ut Christum esse Deum probarent. Et in hoc ipso negotio, omnia Christus & fecit & passus est, ut satisfaceret Deo pro culpa & pœna utraque: ut nullus sic fidelium, non testibus tantum Catholicis, sed etiam assentientibus Papistis. Nimur pertinet ad omnes exemplum, sed finis est propriæ vocationis. Denique, recte addita Bozio est limitatio: *Quantum diuinus detur: sed sceleratè omisum probare, diuinus dari ut alij satisfaciant. Quid plura? Augustin. in Ioan. tract. 84. neque in hoc (loquitur de remissione peccatorum) quid imitaremur, sed quid gratularemur, consulit nobis.*

XII. Gregorius de Valentia. Multa S. Scripturæ loca sine vlla limitatione significant, esse inter fideles communicationem mutuam bonorum operum, & subsidiorum. Ex quorum operum numero, cur opus illud determinate, quod est satisfactio, excipiatur, nulla suppetit ratio. Probat antecedens: Post ad Corinth. 8. *In presenti vestra abundantia illorum inopiam supplet: ut & illorum abundantia vestra inopia sit supplementum.* Psalm. 119. *Participes ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua.*

XIII. Respondeo breuiter, primum, in antecedente falsum illud quod dicitur, sine vlla limitatione. Et certè ipsos adeo Papistas pudere debet id asserere; qui negant, communicari proprias satisfactiones: sed tantum superfluas. Egregiam sane communionem, & ei similem quæ describit poeta, *Vt libet: hac hodie porcis comedenda relinques.* Sed ad rem, sufficit, non esse omnium operum bonorum communicationem, sine vlla limitatione. Secundo negatur consequentia: nam ista satisfactio nulla est in operibus illis fidelium.

XIV. Neque contra probant loci allati. Nam ille ad Corinthios, manifestam habet limitationem: *εν τῷ νῦν, in praesenti tempore:* quo indicauit Paulus se loqui de temporali communione facultatum, qua subleuant fideles alij aliorum egestatem. Nam quod Gregorius vult significasse, non tantummodo Titum & Lucam per doctrinæ ministerium inopiam spirituale Corinthiorum supplere potuisse: sed absolute, spem Corinthi factam, forè ut abundantia Titi & Luca spirituali, hoc est, in omni genere piorum operum, posset illorum spiritualis inopia ditari: hoc tam est absurdum, tam alienum, tam temerarium, ut omnem supereret admirationem. Enimvero de Titi & Luca abundantia somnium est Iesuiticum, loquitur enim Paulus de vici-situdine beneficiorum, tum Corinthiorum in Sanctos, quibus subueniebatur ab omnibus Ecclesijs, siue iij Iudæi fuerint, siue alij: tum horum suo tempore in Corinthios. Quem sensum Iustinianus expedit in paraphraesi: *Vt quemadmodum nunc vos, qui abundantis, aliis inopibus è vestro largiuntur, sic, seres postulet, alijs viciisim de suo vobis agentibus largiantur.* Vnde manifestum hoc quicquid est communicationis ad hanc vitam pertinere.

XV. De Psalmo etiam Ianuenius: *Socius sum omnium reverentium te, & ex reverentia nomini tui custodientium mandata tua.* Cum his enim in timore tuo, & obseruatione legis, participo: cum his beneplacitum est mihi amicitiam inire, coniuvare, & connumerari opto. Genebrardus: *Sum unus ex iis, qui te timet, & reverentur, cum ijs me soleo coniungere.* Nobis referunt ad societatem vita, & communionem bonorum omnium, & gratiarum spiritualium. Quid hic habes de satisfactionibus? Imo, inquit Gregorius, significare voluit se

piis operibus timentium Dominum communicare, tanquam socium & membrum eiusdem corporis Ecclesiae, qua mutua quædam societas est, cuius emolumenta communia à singulis sociis participantur. Ego contra, prius, hoc nego esse certum: nam vocabulum Hebraicum בְּנֵי, non significat participem, sed socium, non autem omnis socius, etiam particeps est omnium emolumenterum. Cantici 1. post greges בְּנֵי sodalium tuorum, an id moris est, ut pastoribus omnibus communes sint greges, & omnia? Deinde, ut hanc ipsam communionem operum Gregorio largiar, tamen nego iterum, in his operibus ullam esse satisfactionem.

## C A P. X.

An Patres agnouerint satisfactiones alienas.

I. Ex Ecclesiæ antiquitate Lindanus opponit, unum Tertullianum, alterum Cyprianum, tertium Origenem. Hunc in Numeros, Homili. 24. testari Paulum & alios Sanctos, scilicet in hostiam obtulisse iugulandos, & expōnere: *Videne forte sciuī Dominus & Salvator noster quasi agnus ad occisionem datus & in sacrificium altaris oblatus, peccatorum remissionem uniuerso prestis mundu[m] ita fortassis ceterorum sanctorum, & iustorum sanguis fusus est ad expiandum pro parte aliqua populum.*

II. Sed primum, veror ut Origenis testimonium sit idoneum, cuius audacia in affectandis allegoriis semper fuit suspecta, nec longe distans à temeritate. Et vero quod hic fundamentum ponit, quis probet? *Si agnus, qui ad purificandum populum datus est, ad personam Domini & Salvatoris nostri referatur, consequens videretur, quod etiam cetera animalia, que eisdem purificatis in sib[us] deputata sunt, referri debeant similitudinē ad aliquas personas, quis per meritum sanguinis Christi, purificationis aliquid humano generi conferant.* Certe qui probet, eum necesse sit eadem opera reprobare Augustinum, tam conterat auctoritatem, omnibus hostiis, quæ in lege iubebant offerri, vnicam hostiam crucis fusse significatam. Sexti contra Faust. cap. 6. *Omnia talia multis, & variis modis unum sacrificium, cuius nunc memoriam celebramus, significauerunt.* Sexti sexto, illarum figurarum veritas Christus est, cuius sanguine redempti & mundati sumus. Nam in figuris eloquiorum dominorum, & tauri dictus est, propter virutem crucis, cuius cornibus impios ventilavit, & aries, propter innocentia principiatum, & hircus, propter similitudinem carnis peccati, ut de peccato damnaret peccatum, & si quod aliud sacrificij genus expressus commemoraueris, in eo quoque tibi Christum prophetatum monstrabo. *¶* vñq[uod] ergo dixit Origenes, *Si agnus CHRISTVM significet, reliqua animalia alios significare: quum debuerit potius, nisi mentiatur Augustinus; Si agnus Christum significant, ergo & reliqua animalia significasse.*

III. Quid illud, *Sanctorum & iustorum sanguis fusus est ad expiandum pro parte aliqua populum*, quo poterit pacto conciliari, aut cum Paulo 1. ad Corinth. Num Paulus crucifixus est pro nobis? aut cum Leone I. qui, sermon. 12. de Passione, *Quamvis, inquit, in conspectu Domini multorum sanctorum pretiosa mors fuerit, nullus tamen insontis occisio propitiatio fuit mundi.* Ambiguitas, si forte, quia in promptu Papistis effugium, non totius mundi propitiationem adscribit sanctis, sed aliquorum tantum, et si nos regere possumus, non totius mundi dictum, sed mundi, esse autem mundi propitiationem, etiam quæ vnum è mundo propitiet. Verum attendamus reliqua: nam haec distinctiora: *Accepterunt iusti, non dederunt coronas, & de fidelium fortitudine exempla nata sunt patientia, non dona iustitia.* Singulares quippe in singulis mortes fuerint, nec alterius quam debitum suo funere soluit, cum in iustis filios hominum solus Dominus noster Iesus Christus extiterit, in quo omnes crucifixi, omnes sepulti, omnes etiam sint suscitati. Nihil disertus.

IV. Purgari non potest igitur Origenes patronus Lindani, quin aut harrete loquatus sit, aut certe incommode. Ettamen nihil ille de Satisfactionibus. Manifestum hoc facio duobus argumentis, quorum vnum ex eo, quod hoc quicquid est expiationis, communicauerit Angelis, id est, Angelos annumerabit iis quos significari putauit per varia illa sacrificia. Audierba: *Sine hac ad iustorum prophetarumque personas, qui in hoc mundo iugulati sunt, vel eorum qui dicunt, quoniam pro te morte afficimur tota die, existimat sumus sicut oves occisionis, referenda videantur, sine etiam ad superiores virtutes quibus procuratio humani generis data est.* Et post: *Sic ergo fortassis, & si quid est Angelorum, caelestiumve virtutum, aut se quis iustorum hominum, vel etiam sanctorum prophetarum, atque Apostolorum, qui enixius interueniat pro peccatis hominum.* Et rursus: *Sic ergo efficitur alius Sanctorum, sive Angelorum, ut diximus, sive hominum, vitalius, qui in illa festinitate interueniat pro populi delictis.* Atqui Angelos absurdum est satisfacere pœnis ullius hominis. Necesse est igitur, Origeni, ex piare peccata, latissima quadam ratione usurpatum, non vero peculiariter de satisfactione. Quod si est, perit argumentum, quia, vniuersali posito, non statim infertur vna aliqua species.

V. Huc facit secundum argumentum, quum, quod prius dixerat, *Purificationis aliquid humano generi conferre, & ad expiandum pro parte aliqua populum, & offerri ad reconciliandum hominibus Deum*, id ipsum postea mutant in, *enixius interuenire pro peccatis hominum, & interuenire pro populi delictis.* Et quia interuenitur variis modis, tum denique ille eum exprimit, quem habuit in animo, quum comparans alios homines CHRISTO, *Ceteri, inquit, precibus peccata, hic solus potestate dimisit.* Perspicue admodum, quum iis omnibus, quos præter Christum designatos imaginabatur per variis hostias, solas preces relinquit, quibus interueniant pro peccatis, quibus expient peccata. At preces non possunt non absurde dici pœnæ, dici satisfactiones.

VI. Haec tenus Origenes. Tertulliani, Cyprianique communis causa est, Lindanus in iis notauit. Martyres in carcere conclusos, penitentibus non raro pacem dedisse, id est, præscriptam satisfactionis pœnam præcidisse, atque inde ad Ecclesiæ communionem ante expletum præscriptæ castigationis spatum, admissos fuisse penitentes ob martyrum commendationem, nec dubitatum, quin eorum intercessione penitentium satisfactionem esset, pœna leuiganda, atque auctorior delictorum castigatio minuenda esset, pœna leuiganda, atque auctorior delictorum castigatio mitiganda. Testimonia sunt, Tertulliani, ex ad Martyras cap. I. Cypriani, epist. 10. 11. & seq. aliquot.

VII. Respondeo: primum, quicquid id fuerit, particulare fuisse, non autem ex vniuersali Ecclesiæ aut fide, aut disciplina, aut etiam confuetudine. Id facile colligat solidioris vir iudicij: ex eo quod præter Tertullianum, ac Cyprianum, nemo penitus antiquus autor, aut vidisse, aut saltē audisse significarum reliquerit. Erat autem Africæ vterque, imo Carthaginensis. Vehemens coniectura, fuisse id institutum, si tamen institutum, peculiare Africæ, imo in Africa, Carthaginensis. Quis autem ferat ex particularibus consuetudinibus erui fidei Catholicæ articulos, articulorumque demonstrationes?

VIII. Secundo: pro satisfactionibus nihil esse momenti facile est demonstrare, ex ipsa re gestæ consideratione, adeo manifeste, ut qui non videat, hunc talpa caciocinē esse oporteat. Diducam in capita. Primum igitur, nego aut solitos esse Martyres pacem date, aut si qui dederintire, fecisse. Scio aliquos dedisse, nam clara sunt apud Cyprianum in eam rem verba, Luciani ad Cyprianum, vniuersorum Confessorum nomine, Epistol. 17. *Sciās nos vniuersis dedisse pacem.* Sed aut eam confuetudinem fuisse, aut ex iure, nego, vnum enim exemplum nunquam concludit vniuersalitatem. Probatur facile, quia idem Cyprianus factum grauiter accusat: *Lucianumque adeo ipsum imperitæ arcillit.* Epistol. 23. *minus dominica lectio fundatum, imperiti iam pridem se vulgi autorem constituentem, circa intelligentiam dominicae lectio minus peritum.* Nec Lucianum tantum, sed & omnes in carcere Confessores, Epistol. 10. *Qui minus Scriptura legem nauerunt.*

X. Reprehensionis autem hæc capita obferues licet: Primum, quod nomine martyris pax daretur. Epist. 23. *Nam cum Dominus dixerit, In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti gentes tingi, & in baptismo præterita peccata dimitti, hic & præcepit, & legis ignarus, mandat pacem dari, & peccata dimitti in Pauli nomine, & hoc sibi dicit ab illo esse mandatum, sicut in literis eiusdem Lucani ad Celerinum factis, animaduertitis. Quibus minime considerauit, quod non martyres Euangelium faciant, sed per Euangelium martyres fiant.*

X. Secundo: Quod contra disciplinam. Eadem Epistola: *Vniuersorum Confessorum nomine Lucianus Epistolam scriptis, qua pene omne vinculum fidei, & timor Dei, & mandatum Domini, & Euangelij sanctas & firmatas solueretur.* Prolixius decima, postquam probasset summum esse delictum, quod persequitio committi coegeret, subiecit, *Hez qui subtrahit fratibus nostris, decipit miseros, ut qui possunt agentes paenitentiam veram Deo Patri misericordi precibus & operibus suis satisfacere, seducantur, ut magis perant, & qui erigere se possent, plus cadant.* Nam quum in minoribus peccatis agant peccatores paenitentiam iusto tempore, & secundum disciplinam ordinem, ad exomologesii veniant, & per impositionem manus Episcopi, & clericorum, ius communionis accipiunt, nunc crido tempore, persecutione adhuc perseverante, nondum restituta Ecclesia ipsius pace, ad communicationem admittantur, & offertur nomen eorum, & nondum paenitentia acta, nondum exomologes facta, nondum manu eis ab Episcopo & clero imposta, Eucharistia illis datur.

XI. Tertio: vehementer conqueritur, quod ex earum literarum formula presbyteri inconsulto Episcopo eos ad communionem admisissent, quibus ita erat pax data. Epist. 10. *Quod enim non periculum metuere debemus de offensa Domini, quando aliqui de presbyteris, nec Euangelij nec loci sui memores, sed neque futurum Domini iudicium, ne quoniam sibi præpositum Episcopum cogitantes, quod nunquam omnino sub prædecessoribus factum est, cum contumelia, & contemptu præpositi, sibi totum vendicent.*

XII. Quum tam grauiter peccatum videret, non verbis castigauit tantum, sed etiam re correxit, sua vsus autoritate. Et primo, rem integrum iusfit differri, donec ipse cum concilio Episcoporum statuere posset. Epistol. 12. *Audiant, quo, patienter consilium nostrum, exspectent regressionem nostram, ut quum ad vos per Dei misericordiam venerimus, convocati coepicopis plures, secundum Domini disciplinam, & confessorum presentiam, beatorum martyrum literas, & desideria examinare possimus.* Epistol. 15. *Si qui libello à martyribus accepto de seculo excederent, exomologes facta, & manu eis in paenitentiam imposta, cum pace à martyribus promissa ad Dominum remitterentur.* Plane ceterorum causas, quamvis libello à martyribus accepto differri mandauit, & in nostram presentiam reseruari, ut quum pace à Domino nobis data, plures præpositi conuenire, in unum ceperimus, communicato etiam vobiscum consilio, disponere singula, & reformare possimus. Cui similis locus Epistol. 14. sed corruptus, quod miror à nemine animaduersum: *Qui libellum à martyribus acceperunt, ex auxilio eorum iuuari apud Dominum in delictis suis possunt, si premi infirmitate aliqua, & periculo ceperint, exomologes facta, & manu eis à vobis in paenitentiam imposta, cum pace à martyribus sibi promissa, ad Dominum remittantur.* Ceteri vero qui millo libello à martyribus accepto inuidiam faciunt, quoniam non paucorum, nec Ecclesia vnius, aut vnius provincie, sed totius orbis hæc causa est, exspectent ante de Domini protectione, Ecclesia ipsius publicam pacem. Nam certe illud, millo libello accepto, manifeste negat quod in præcedenti testimonio erat affirmatum, *Quamvis libellum à martyribus accepto.* Et sane, quum multis Epistolis hoc negotium tractetur, tum vero nullus Cyprianus conqueritur de iis qui nullum accepissent libellum. Præterea, qui nullum accepissent, non video quomodo potuerint cuiquam inuidiam facere: aut quid esset tanti momenti ut referri de iis ad Concilium oporteret. Denique, quid poterant aliqui nullum accepisse, quum omnibus vnu esset datus? Erant enim verba Luciani, *Sciās nos vniuersis pacem dedisse.* cum exceptione tamen, *de quibus apud teratio confiterit,* à qua occasio illius inuidia, ut constat ex Epist. 22. Itaq[ue] non dubito, pro, nullo, reponendum, nobis, aut quid simile.

XIII. Hæc quum ita sint, non videtur Martyras tum tempotis solitos dare pacem, neque vero ita æquum est, concludi ex uno, eoque temerario exemplo, multo minus ius fasque fuisse. Quis enim non credat Cyprianum, virum tam procluem in Martyras, austurum fuisse reuocare in dubium? Imo, ipsum se oppositum ei iuri nouoque quodam exemplo irritas habere voluisse eas literas: aut etiam rem differre ad vllam Synodus: & quidem integrum? Nam & eos, qui in periculum vite deuenient, mos erat admitti in pacem: adeo ut vere nihil delatum sit iis literis, neque vllam vim habuerint, saltē interim dum prouideret futura Synodus.

XIV. Quid ergo Martyres faciebant? Desiderabant, perebant, promittebant pacem per libellos suos, quam pacem postea daret Episcopus, honorem deferens martyribus. Sic exprimit ipse Cyprianus, Epist. 10. *Vt diaconi ad carcere comeantes, martyrum desideria, consilii suis, & scripturarum praecptis gubernarentur. Petitiones, & desideria vestra Episcopo seruent, & ad pacem vobis petentibus dandam maturum, & pacatum tempus expetenter. Sed & illud ad diligentiam vestram redigere, & emendare debet, ut nominatim designetis eos, quibus pacem dari desideratis.* Et 13. *Venient ad Dominum cum pace, quam dari martyres litteris ad nos factis desiderauerunt.* Et 14. *Et manu a vobis in penitentiam imposta, cum pace a martyribus promissa, ad Dominum remittantur.* Et 15. *Quoniam quidam de lapide audaci flagitatione prouerent, ut pacem sibi a martyribus & confessoribus promissam extorquere violento impetu intererentur.*

XV. Desiderabant ergo, postulabant, promittebant, sed pacem, non a se, verum ab Episcopis & presbyteris dandam. Vnde, Epist. 11. *Nesquid abrupte, & indigne, vel a vobis promissum, vel a nobis factum fuerit. Non a martyribus promissum, ab Episcopis factum.* Nec aliter intelligenda Tertulliani verba: *Pacem a martyribus in carcere exorare; Et, martyres debere ita se gerere, ut pacem alii prestare possint.* Nempe, quia ab iis postulabantur libelli, nec debebant dari, vi in iritum caderent: atque adeo si indignos efficerent, quorum processus admitterentur ab Episcopis.

XVI. Dico igitur secundo, quicquid hoc, siue vobis, siue abusus fuerit, nihil ad satisfactiones pertinere. Primum enim, nihil est, aut in Tertulliano, aut in Cypriano, quo vel nominetur, vel significetur vlla passionum applicatio. Deinde, si satisfactionum erat a martyribus, quid, queso, retractandum fuerat, quae potest testare Cypriano inspectio? Nisi forte quereret factum infectum reddere, indigno conatu, maxime, quoniam satisfactiones dicant apud Deum efficaces esse. Quomodo enim infectum homo redderet, quod apud Deum constaret factum? Nam neque Papista iudicio Ecclesiae subiiciunt priuatartum satisfactionum iudicium, vt, exempli gratia, in confraternitatibus, atque adeo in Indulgencis ipsiis, autoritatem Ecclesiae inducunt hoc praetextu, quod Sancti superflua sibi passiones nemini applicari. At hi apud Cyprianum sua applicassent, si sua somniscent: nihil ergo iudicij reliquissent Episcopis. Tertio, quae sanam diceret, optare martyres pacem dari ab Episcopo, tis quos ipsi iam suis meritis conciliasset Deo? Nisi forte ipsi martyres suarum satisfactionum vim haberent sufficientiam, quam hodie si quis eleuerit, nihil proprius, quam ut Papistis sit anathema.

XVII. Praeterea, si satisfecissent martyres, pro iis quibus libellos dabant, cur quereretur Cyprianus non factam, no dico exomologesin, sed penitentiam? Imo Epist. 11. admoneret martyres, vt quos ipsi viderent, quos nosset, quorum penitentiam satisfactioni proximam conspicerent, eos designarent, quoniam potius huiusmodi commodatissimam, siue mutuatis satisfactiones, co-sint inducta potius, ut sarcinatur defectus penitentiarum, imo, ut penitentia necessitas tollatur?

XVIII. Denique, illud vehementissimum: *Si quid abrupte, & indigne vel a nobis promissum, vel a nobis factum.* A martyribus abrupte & indigne, de iis dici, quorum superfluerunt merita coram Deo, & abruptum, & indigne dicitur, quoniam superfluerunt merita coram Deo, & abruptum, & indigne, de eo negotio, succedebat desiderio, petitioni, promissioni martyrum: Ergo desiderium hoc, hanc petitionem, hanc promissionem martyrum implentes Episcopi, poterant adhuc abrupte, & indigne facere, id est, abrupte & indigne ratos effici libellos. Siccine pacem dabant martyres? siccine Deo satisfeciebant, quia ne Episcopis, ne Ecclesiae quidem?

XIX. Virget Lindanus, à Cypriano scriptum Epistol. 13. *Qui libellos a martyribus acceperunt, & prerogativa eorum apud Deum adiuuari possunt.* Et 14. *Qui libellum a martyribus acceperunt, & auxilio eorum adiuuari apud Dominum in delictis suis possunt.* Sed quo fructu vrgeat, neque nota ipse, neque ego videre possum, nisi forte tam magnifice sapiat, vt nullum putet esse auxilium, nisi per satisfactionem. Verum Scriptura preces indicasset, si Scripturam dignatus esset consulere. Joannis 1. 5. *Si quis viderit fratrem suum peccantem, peccato quod non est ad mortem petet, & dabit ei vitam.* Adde, quem alias citauimus, Iacob. 5. & lobum 1.

### C A P . XV.

#### Argumenta Catholicorum.

I. **A**uctis acturi sunt obiciendo Catholici, quando quidem praecessere priuicia certa, quoniam in meritis, tum in iustificatione, quae repetini hil est necesse.

II. Primum ergo, quia ostendimus, satisfacere apud Patres aliter, aliter rursus sonare apud Papistas, sic arguo. Si satisfacere quis potest pro alienis peccatis, ergo vel quatenus satisfactio est mutatio vita a malo in bonum, vel quatenus est compensatio penarum debituarum. At neutro modo quis satisfacere potest pro alio. Ergo nullo modo. Consequentia necessaria est, quia illa notione satisfactio fuit usurpata a Patribus, hac vero a Papistis, nec occurrit teria.

III. Atsumptum probatur per partes. Non enim priori modo. Sic enim posset quis alterius imputare suam mutationem in melius, adeo ut eti hic maneret in peccatis, tamen satisfaceret suo erga Deum officio non per se, sed per alios, & diceretur religiosus, modestus, castus, propter alienam religionem, modestiam, castitatem, quod priuilegium ne Christo quidem deferri possunt Papistae. Et vero adeo est absurdum, tamque procul discedens ab omniratione, & sensu communis, vt non opus sit demonstrare. Neque vero huc Papistis deuentum, qui solis penitentia satisficeri volunt.

IV. Ne altero quidem. Nam qui non potest pro scipio satisfacere, multo minus poterit pro aliis. Euicimus autem precedentibz, neminem posse pro scipio satisfacere apud Deum. Consequentiae evidentiaria, *καὶ ἀλλοι palper, si non videat. Basilius, in Psalm. 48. εἰ τὸ δέκατον τὸ οὐαὶ τὸ πεντηκοντατον, τὸ εἴσιν τὸ δέκατον τὸ θεῖον, τὸ δέκατον τὸ ιωάννενον τὸ πεντηκοντατον;* Qui propriis pro peccatis non potest Deo propitiationem offerre, quoniam poterit pro alienis?

V. Et tamen Dominicus à Soto utrumque negavit, tum antecedens,

tum consequentiam. Nam & quoniam poena, post remissionem culpam, temporalis sit, posse ad iustum satisficeri per gratiam, & auxilium Christi, & posse quem, etiam si ipse pro se debeat, amici tamen debitum prius quam proprium solvere.

VI. Sed ridicule: nam qui aduersariorum argumento, nihil nisi suam opponit opinionem, quid aliud quam petit principium? Nos autem satis superque spetamus eam opinionem confutasse. Alterum autem caput, *εἰ τὸ δέκατον τὸ θεῖον.* Nam eti verum, posse, omisso suo, debitum amici solvere, tamen, fallum est, qui ne suum quidem potest, posse alienum. Nam is, qui suum omisit, alienum solvit, si eo ipso quod alienum solvit volens, ostendit se posse & suum solvere. At nostrum argumentum, de eo est, qui suum non posse.

VII. Secundo. Paulus ad Galat. 6. *Opis suum probet unusquisque, & tunc in semetipso gloriationem habebit, & non in alio.* Nam unusquisque omni suum portabit. Nempe, quia, vt Calinus, neque aliis alium peccato absolvit. Imo Justinianus: *Hic agit de diuini iudiciorum, quae cinqum premium aut supplicium adiudicat, non ex hominum opinione, aut aliena laude, vel preiudicio, sed ex iis, quae quisque bene vel male gesserit in vita.* Salmero etiam disertor: *Rationem reddere videtur, cur nullus gloriationem sit habiturus in semetipso, quia unusquisque proprii peccati onus portabit, indicandus a Christo in postremo die, neque per alterius opus, sicutius beneficerit, aut per alterius iudicium, si alius de eo beneficiat, quisquam exorabitur, sed ipsius tantum Dei sententia.* Et paulo post: *Hic agitur de onere reddenda rationis, quod quilibet per se portabit, siue sit onus premij, siue paenae.* His positis, patet argumentum. Nam si satisfacit Titius pro peccatis Maxuij, ergo Titius portat onus Maxuij, & Maxuij apud Deum iudicatur ex eo, quod ipse non gesit, sed alius pro eo.

VIII. Vicinus illi loco locus est s. poster. ad Corinth. *Omnes nos compare oportet coram tribunal Christi, vt unusquisque portet, quae in corpore fecerit, congrueret ad id quod fecerit, bonum vel malum.* Etenim quicumque moriuntur, comparent ante tribunal CHRISTI, accepturi tunc siue bona siue mala. Nam & ipsi Papistae non diffidentur vel in celum recipi, vel in inferis detineri, & in his non damnatos tantum esse, sed etiam purgandos, quibus assignant vtramque paenam & sensus & danni, id est, malum. At, si tum absoluuntur ab iis paenis quidam per alienas satisfactiones, ergo recipiunt bona, non secundum id quod gesserunt in proprio corpore, sed quod alij.

IX. Eodem parabola pertinet Virginum, Matth. 24. & 25. quarum quae prudentes fuerunt, prouiderunt sibi oleum, satue vero minime, tum ha, deprehensa a sponso, ab illis gestibant commodato sumere, dicentes: *Date nobis ex oleo vestro, quia lampades nostra extinguuntur.* Sed responsum acceptum, non accepturas, *Nenon sufficiat nobis, & vobis.*

X. Sed de Virginibus, Gregorius de Valentia, p. 2. id exemplum proprii pertinere, vt intelligatur, non posse valere alicui opera aliena, sine suis propriis, vt recipiatur in diuinam gratiam & caritatem, per quae (an legendum, quae per) oleum significari solet, & sine qua non potest aliquis ad nuptias caelestes intrare. Satisfactione autem propria alterius, qui iam sit in gratia, non idem est, quod oleum illud ei suppeditare: alioqui superbus, nec similis illarum virginum prudentium fuerit diuus Paulus, qui passiones suas s. misericordie communicare Ecclesia.

XI. Sed Gregorius putauit suam sibi sufficere autoritatem, vt nemo resisteret effuscenti temere quicquid in buccam veniret. At nos quoniam rem consideramus, longe aliter esse comperimus. Oleum sumit pro gratia, quam nemo alteri promereri possit. At hoc est contra parabolæ partes. Nam ha Virgines, primum occurrerant sponso: at hoc nemo potest sine accepta iam gratia, quia nemo venit ad CHRISTVM, nisi Pater traxerit. Ergo ha Virgines iam accepterant primam gratiam. Secundo, iis virginibus dicuntur fuisse lampades, & quidem accensæ, quia diserte: *Lampades nostra extinguuntur:* unde sequitur necessario fuisse accensas, & habuisse oleum, sed non quantum oportebat: Janenius: *Nam & que fatus dicuntur, oleum secum sumperunt, sed in lampadibus: Barradas: Respondeo, habuisse oleum in lampadibus, sed non sumpisse alius in vas. Tertio, ha virgines expectabant introduci in sponsi thalamum. At id non potest quisquam, nisi iam accepta prima gratia.*

XII. Et vero quid profunt contra stimulos calces. Vt enim Veterum variæ fuerint sententiae, tamen recentiores Papistæ in eam sententiam frequentes eunt, vt per virgines intelligent fideles omnes. Stapletonus, in Antidotis: *Decem virgines, omnes significant fideles, sicut infideles in Scripturis vocantur adulteri, & dicuntur fornicari a Deo.* Janenius similiter: *Per decem virgines omnes significantur fideles, qui numero quidem denario recte designantur, sicut in Luce decimo nono in alia parabola, per decem seruos, ob numeri perfectiōnem: Virginibus autem recte comparantur ob fidei integritatem, & sinceritatem.* Salmero, Tom. 7. tractat. 38. *Hic igitur omnibus sensibus exclusis, quorum aliqui ob autoritatem Sanctorum possunt aliquo modo defendi, quam sint in seipsis veri, tamen nullus mihi germanior videtur, neque aptior, & commodior, quam ut de omnibus fidelibus in uniuersum loquatur.* Barradas: *Sensus est: Regnum colorum, Ecclesia, id est, Christiani, quorum congregatio dicitur Ecclesia, similes sunt decem virginibus, partim prudentibus, partim fatus: nam ex Christianis quidam prudenter se gerunt, prudentesque imitantur virgines, alij insipientes sunt stultasq; virgines factis expriment. Sa, Virginibus. Ita dicuntur ob fidei integritatem, est enim sermo de fidelibus.* Supersedeo plures nomine.

XIII. Inde & oleum illis expositum, non prima gratia, vt Gregorio, sed bona opera, vel caritas. Salmero. *Oleum quid sit, heretici magna contentione pugnant, derogantes illud ad solam fidem, quum re vera ad caritatem sit referendum, qua sola in star olei peccatorum plagas sanat.* Maldonatus: *Sumere oleum in lampadibus in parabola, est bonorum operum copiam, & veluti thesaurum quendam in futurum Christi aduentum recondere.* Janenius. *Quidam fatus sunt similes virginibus: nimurum, qui non satis attendunt incertitudinem aduentus Domini, & ob id negligenter vivunt, nec proinde sibi proficiunt de iis quae in aduentum ipsius necessaria fore, debent prouidere, nimurum opera misericordia, alij alij virtutum ex sincera facta caritate.* Barradas: *Indicat opus esse, opera bona preparare magna copia, ut oleum Virgines prudentes parauerunt, non solum in lucernis, sed etiam in vas.*

XIV. Quid

XIV. Quid nunc Gregorius? An videt suam subtilitatem frustra fuisse? Virgines significant fideles. Oleum significat bona opera. At satisfactiones sunt bona opera. Sequitur ergo, inquam, fideles eos qui operibus bonis abundant, qui, inquam, satisfactionibus abundant (si abundant satisfactionibus) tamen opera sua, satisfactiones suas non commodare iis qui indigent. At Papistæ non tantum non denegare, sed etiam obtrudere dicunt. Nam de Paulo quidem mentitus est Gregorius, dicere se passiones suas communicare Ecclesiæ, sed id nos excusimus.

XV. Sed Maldonatus speravit aliter se consulturum rei Papisticæ. His verbis, inquit, neque Ecclesiæ thesaurus, qui Sanctorum meritis constat, nec eorum in alios homines suffragia tolluntur, quasi vnius bona opera iuare non possint alterum. Nimirum quia significetur tantum, in iudicio illo extremo, vnumquemque ex propriis operibus, non ex alienis esse iudicandum.

XVI. Verum, pro nobis Augustinum audito, Epistol. 80. In quo quemque inuenierit suus nouissimus dies, in hoc cum comprehendet mundi nouissimus dies, quoniam qualis in die isto quisque moritur, talis in illo iudicabitur. Et post: Tunc cuique veniet dies ille, quum veneris ei dies, ut talis hinc exeat, qualis iudicandus est illo die. Ac per hoc vigilare debet omnis Christianus, ne imparatum eum inueniat Dominus aduentus. Imparatum autem inueniet ille dies, quem imparatum inuenierit sua vita huic ultimus dies. Ergo, inquam, iudicium Domini, & diem illum significat, quum iudicabitur vniuersus simul orbis, & diem vniuersusque, quum morimur, alij post alios presentandi Domino, & particulariter iudicandi. Quare æque verum, non communicari mortuis aliena suffragia.

XVII. Ettamen esto hic dies ille vniuersalis, nihilominus parabola loquitur de fidelibus, dum sunt in hac vita. Pater ex ratione negandi. Ne forte non sufficiat nobis & vobis. Non enim ita loquerentur Papiste defuncti, quia apud inferos, siue damnati, siue purgandi, neque pro se habent, neque pro aliis, neque vero ab iis, opinor, quicquam postuler, qui autem in paradi, sciunt sibi saltem sufficere. Si ergo id pertinet ad eos qui in hac vita, manifeste significatur, prudentib. Christianis nullam esse intentionem communicandi aliis sua merita, suas, inquam, satisfactiones. Et tamen intentionem saltem implicitam aduersarij requirunt in satisfactionibus, vnde necessaria est, si nulla sit intentio, nullam esse satisfactionum communicationem.

XVIII. Potentissimus etiam locus est prioris ad Corinthios primo: Num dispergitur est Christus? Num Paulus crucifixus est pro vobis? Quæ verba negant Paulum, id est vnum Christianum pro alio pati. At quicumque pro aliis satisfact, dem pro aliis patitur. Ergo nemo Christianus pro aliis satisfacit.

XIX. Nec minoris momenti illud Petri, Acto. 4. Nec est in alio quam salus. Nec enim aliud nomen est sub caelo, quod datum sit inter homines, per quod oporteat nos seruari. Atqui liberatio à pœnis peccato debitibus, est salus. Ergo, inquam, liberatio à pœnis peccato debitibus, in alio nullo est, præter Christum: Mentiuntur ergo, qui in alienis satisfactionibus hanc liberationem constituant.

XX. Addimus Veteres. Leonem, Epistol. 83, ad Palestinos, & Sermon. 12. de Passione, Quamvis multorum Sanctorum in confectu Domini pretiosa mors fuerit, nullus tamen insonis occiso, propitiatio fuit mundi. Accepterunt iusti, non dederunt coronas, & de fortitudine fidelium nata sunt exempla patientiae, non dona iustitiae. Singulares quippe in singulis mortes fuerunt, nec alterius quicquam debitum suo fine soluit: quum inter filios hominum unus solus Dominus noster Iesus Christus extiterit, in quo omnes crucifixi, omnes mortui, omnes sepulti, omnes sunt etiam suscitati. Augustinum, in Joan. tractat. 84. Postremo, et si fratres pro fratribus moriamur, tamen in fraternorum peccatorum remissionem nullius sanguis martyris funditur, quod fecit ille pro nobis, neque in hoc quid imitaremur, sed quid gratulariemur, consolit nobis. Et cap. 4. lib. 4. ad Bonifacium contra duas Epistolas Pelagian. Sicut enim solus ideo factus est hominis Filius, ut nos per illum Dei filij fieremus, ita solus pro nobis suscepit sine malis meritis pœnam, ut nos per illum sine bonis meritis cor sequeremur gratiam.

XI. Bellarmine: Vera sunt, inquit, omnia quæ à Sanctis Patribus, Leone & Augustino dicuntur, sed ad rem præsentem nihil omnino faciunt. Nimis, inquam, ærrorum. Nam nos quidem disputare meminimus dealienis satisfactionibus, id est, somnio Papistico, posse alios aliorum pœnis libertari à propriis, & in his pœnis alienis numerari scimus ipsas mortes Sanctorum, & quidem summum quodam loco, adeo ut si haec nihil sint, desperandum sit de reliquis omnibus, quorum est inferior dignitas. Itaque quum audiimus, nullius Sanctorum mortem esse propitiacionem pro alienis peccatis, sperabamus & manifeste & secure conclusam quæstionem. Ergo miram hanc tanti sophistæ subtilitatem videamus.

XII. Leonem fere vnum consideratione dignum putauit, adeoque in hoc vno prolixus; Augustinum vix verbo dignatus est. Vnde, puto, Breuitorum animus dicere, Solum aduentendum illa Leonis, Nec alterius quicquam debitum. Tanta fuit confidentia. Sed in Leone tamen Bellarmine quatuor attendit capita. Vnum, Solius Christi mortem mundi propitiacionem fuisse, alterum, Accepte iustos, non dedisse coronas, tertium, Ex fideli fortitudine nata esse exempla patientiae, non dona iustitiae, quartum, singulares mortes fuisse, neque quenquam alterius debitum suo fine soluisse. Optime, sed ad singula quid responsum sit, videamus.

XIII. Primum ergo, inquit, Verissimum, neq; nos indulgentiis id ascribimus, ut mundum reconciliemus Deo, sed ut eos, qui iam de mundo per Christum educti, & Deo Patri reconciliati sunt, iuuent, & a reatu pœnae temporalis, si, quo forte adhuc tenentur obstricti, faciliter liberentur.

XIV. Antiquum obtinet, Bellarmine, neque agis sincere. Cur enim terminos mutasset pro propitiacione reconciliationem substituit? Paterer, si mecum aliquis eorum ageret, quos Caluinistas, quos haereticos soles appellare: nam his idem est reconciliatio, & propitiatio. Sed non eadem mens Papista: qui hanc ab illa distrahit. Vnde reuocem tibi in memoriam, oblitio, si forte? Vos prolixe quam fateamini per solum Christum hinc reconciliationem, vt tu nunc testaris: at propitiacionem etiam ab aliis præter Christum fieri pertenditis. Meministin' in præcedenti controversia prolatum aduer-

sum nos illud Augustini Enchiridij capite septuagesimo; per elemosynas de percais præterius est propitiandus Deus? Et Leonis Sermon. 1. de ieunis decimi mensis, Oratione propitiatio Dei quaritur? Et Cypriani de pietate & elemosyna, Remedia propitiando Deo, ipsius Dei verbis data sunt? Denique, vt ne sum prolixior in re facilis, nunquamne tibi cognita fuere preculæ illæ tuorum scilicet Catholicorum in festo omnium Sanctorum, Qussumus ut desideratam nobis tua propitiatio abundantiam multiplicatis intercessoribus largiaris? Enim vero si tibi reconciliatio nulla nisi in morte Christi: at propitiatio etiam in propriis satisfactionibus, & in Sanctorum meritis, habesne iustum causam intercedendi, quominus dicam ubi aliud sonare reconciliationem, aliud propitiacionem? Atqui Leo diserte non reconciliationem dixerat, sed propitiacionem, & hanc in sola Christi morte esse. Quid tu mihi eorum reconciliationem occinis, qui nondum suatin Christo, nondum gratias fuit participes?

XXV. Secundum, accepisse Sanctos, non dedisse coronas, ne ego qui dem vrgeo contra Papistas, itaque habeat sibi sane integrum suam Bellarminus apoligiam, ne se quidem afflere à Sanctis coronas dari.

XXVI. In tertio vis maior. De fortitudine fidelium nata esse exempla patientiae, non dona iustitiae. Eludere conatur Sophista, concedens non possedona iustitiae dari, nisi ab eo qui iustificat impium, impium vero misericordi non posse nisi ab eo, qui peccatum non fecerit, neque Papistas afflere per indulgentias acquiri dona iustitiae, siue, quod idem est, ex impiis iustum fieri.

XXVII. Nos contra. Primo, dona iustitiae nimis importune sumi pro dono iustitiae, id est, ipsa donata iustitia, quæ ipsa simplex est & vna, quum dona, multitudinis numero, multiplicitatem varietatemque significant. Quid igitur obster, quominus mentem Leonis esse dicamus, nulla dona iustitiae nata esse de fortitudine Sanctorum? Atqui liberatio à pœnis, siue aternis, siue temporalibus, donum est iustitiae. Videat Bellarminus vtrum id nihil obstat indulgentiis. Deinde hæc disparatio, nata exempla, non nata dona, non tantum significat, non esse ab ea fortitudine hæc dona, sed etiam quid utilitatis ab eadem manet in alios, vt sensus sit, ab ea fortitudine nihil redundare in alios homines, præter exemplum, quo animentur ad eandem constantiam, quod Bellarmini intererat dissimulare, nostra vero attente considerare.

XXVIII. Quartum firmissimum est. Sanctorum mortes esse singulares, neque quenquam alterius debitum suo fine soluisse, vnum esse Christum, in quo omnes sunt mortui. Nihil potuit diuinus. Nemo negat, inquit Sophista. Quid, malum, nemo negat? Ne j quidem qui debita nostra appellant penas temporales, nescio quas retentas? Qui addunt eadem illas penas soluti pro nobis à Sanctis morientibus. Huiusmodi, inquam, viri non negant Sanctos alterius vnum debitum soluisse?

XXIX. Sed ista non pugnat, inquit, quod per CHRISTI mortem à debito mortis liberati sumus, & tamen vnuquisque nostrum moriendo debitum soluit, siquidem mortis debitum non erat solum vt morieremur, sed vt in morte maneremus. CHRISTUS autem id nobis morte sua contulit, vt licet ad tempus moriamur, tamen ad vitam reuocari, perpetuo cum ipso viuamus. Enim vero tu, Bellarmine, paucis me ipsis verbis fecisti tuum. Vnde tu quidem dixisti, & quibulcunque Sybillæ foliis certiora. Sed quid hoc ad rem nostram? Quæritur vtrum alij nostra debita expungant, hoc quin dicimus, non id nunc agimus, vtrum omnia nostra debita CHRISTUS soluerit, fatemur enim non hoc saltem, moriendo temporaliter, neque id rursus, vtrum si quod debitum nostrum Christus non soluerit, nos ipsos oporteat soluere. Quid ergo? nempe hoc denique, vtrum, si quæ CHRISTUS nostra debita non soluit, alius aliquis soluat præter nos, & CHRISTVM. Esto sane, vt qui dixit neminem præter CHRISTVM aliena debita soluisse, ne affirmet, Christu omnia aliena debita soluisse, ita enim verum erit, non pugnare, CHRISTI morte sic nos à debito mortis liberatos esse, & tamen ipsos debitum mortis temporalis soluere, sed non efficiet quantum quantum in te est Sophistici acuminis, vt non sint contradictiones, Nemo præter CHRISTVM aliena soluit debita, & Sancti præter CHRISTVM aliena soluunt debita. Niſi forte nouam tandem cuderint Logican Jesuitæ, ex cuius placitis, eiusdem de eodem affirmatio & negatio simul sit vera. Sed hanc si qua debebatur huius senescientis mundi deliriis, audacter dico, Leonem fuisse incognitum, itaque contra te, Bellarmine, pronuntio; Leonem fuisse negaturum, quod tu negaturum fuisse negas, Sanctorum passiones alias Ecclesiæ membris applicari posse, ad solum reas unum pœnae temporale dissoluendum. Ratio mihi certa, quod ille solebat non contradicere sensu communis, euertere communes animi notiones, quibus vos Jesuitæ iam pridem minus minusve obtemperatis, quum assentis, & vnicum corpus esse in plurimis locis simul, & vniuersum esse Mediatorum Christum: cum tamen Sancti etiam sint Mediatores, & vnicum Deum adorati latræ, quum tamen cruces, Trinitatisque imagines adorant latræ, & alia nonnulla.

XXX. Consentio, non fuisse Leoni id propositum propriæ, vt hac de re disputaret. Concordo & mea dictum, & illustrandi gratia eius argumenti, quod tu repetis, quoque ille euincere volebat veritatem carnis Dominicæ. Sed non fuisse ei propterea & vere dictum, nec alterius quicquam debitum suo fine soluit, & constantissime persuasum, ferre non possum. Et tu à te ipso debebas dicere, Bellarmine. Nam eti si non licet tibi disputandi materia proposita, sed tantum & mea dictum: Quod per Christi mortem à debito mortis liberati sumus, & tamen vnuquisque nostrum moriendo debitum soluat: dictum, inquam, nonnisi ad illustrandum hoc quicquid est solutionis tuae, tamen idem ego, cui tua fides infinitis experimentis suspectissima est; ausim iurare tibi penitus ita esse persuasum. Curnon Leonis, tao Oecumenico, tantudem deferas honoris.

XXXI. Noster igitur esto Leo. De Augustino quid dicas? Loquitur Augustinus de remissione peccatorum, quam in iustificatione accipimus, cum ad gratiam Dei sine illis nostris bonis meritis peruenimus, quam remissio nem Papistarum nemo ab indulgentiis vel a Sanctis exspectet.

XXXII. Quantu interest, o populares, Jesuitam fieri! Gregorius de Valentia, non ita pridem, id est, capite præcedenti, Scriptura, inquietabat,

fine

sine villa limitatione significant, esse inter fideles communicationem mutuam bonorum operum. Et licuit illi concludere, ergo & satisfactionum. Hic vero Augustinus sine villa limitatione loquitur de remissione peccatorum, & tamen non patitur Bellarminus concludere, ergo, de ea que obtinetur postquam ad gratiam Dei peruenientius. Et ille tamen argumentabatur a positione generis ad negationem speciei: διαρροή περιγράφεται ὡς οὐδενί οὐδενί περιγράφεται. Ego vero hanc agnoscō distinctionem, siue limitationem, & commodam esse & necessariam Papistis, quibus alia euadendi nulla rima, sed Augustino περιγράφεται, nondum natus est qui demonstrat, & nati tamen qui negent, & magno arguento, quia tum temporis satisfactionum alienarum nondum erant in Ecclesiae agro sata ziania.

**XXXIII.** Basilius in Psalm. 48. οὐ πεισθεὶς αὐτῷ τῷ εἰναῖς ἀδελφὸιδού·  
ιατροῦ τοῦ γένους μου, εἴ τινα τοιόπειρας τοῦ εἰναῖς: neque frater si fratrem suum redime-  
re potest, neque quisquam ipse seipsum: διὸ πολὺ βελτίον θεῖον εἶναι τὸν λυτερόν  
εἰδεκεντομόρφον καὶ δηλοντος τὸν ἄλλον καὶ εὐδόκιον αἴρων τὸν ιχε-  
τὸν θεον. οὐ καὶ τέλεον τοῦτο τοῦτο οὐκ εγνώτο: εἰτε καὶ αὐτὸς αὔτησητε τὸ θεό-  
δινον: Quia longe prestare oportet eum qui liberet, eo qui deinetur, & seruit, imo  
neque homo villo modo potest atom habet apud Deum propitiandi eum qui pecca-  
uit: quandoquidem & ipsoreus est peccati. Videlur praeuidisse Papistarum  
καρνατούς itaque occupauit, & dixit non simpliciter, καὶ οὐ πρωτότοτος τοῦ εἰ-  
κείου: sed potentius τοῦ οὐλων αἴρων τὸν εἰκονινόν τοῦ εἰκείου. Ito Bellarminus, & suam  
nobis occinunt mortem animæ, quantum voler. Nam dum ille pertendet, a-  
liquem esse εἰκαστόν, post redemptam mortem animæ, & nos audiemus à  
Basilio: υποθέτων εἰκονινόν τοῦ εἰκείου μετόποτε: securi con-  
cludemus, ne illam quidem expiationem, qua non attingit mortem animæ,  
cuiquam permissem.

C A P. XII.

De Christ: satisfactionibus.

**I.** *S*uccedit questio de Thesauro indulgentiarum, cuius capita duo disputantur ab omnibus, primo, virum sit aliquis, deinde, virum Ecclesie autoritate dispensandus, in quo vitroque nullae nostra futura sunt partes, nisi respondendi. In priori capite, primum de satisfactionibus agam Christi: tum de Sanctorum.

II. Satisfactionum Christi thesaurum esse in Ecclesia probant hoc argumento, quod colligo ex Bellarmino. Christi passio pretij fuit infiniti. Christus mortuus pro omnibus hominibus. Certum autem est, non omnibus hominibus, qui haec tenus vixerunt, pretium mortis recipia applicatum fuisse, imo maiorem partem hominum morti eternae addictam esse. Superest igitur multum illius pretij, quod semper applicari possit, etiam si infinitum non esset, & semper redundabit. Placet formare, perspicuitatis gratia. Quæcunque satisfactions non fuerunt applicatae, ea reseruantur in Thesauro Ecclesiæ. At multæ satisfactiones Christi fuerunt non applicatae. Ergo multæ satisfactiones Christi reseruantur in Thesauro Ecclesiæ. Probatur minor, Si pro omnibus hominibus Christus satisfecit, nec omnes tamen sunt seruati, ergo multæ Christi passiones non sunt applicatae.

III. Respondeo: platinum, maiorem esse falsam, & postremorum seculorum commentum, in media flagrantissimaque Papatus ignorantia, ac superstitione. Adcoque verum, nullum vnde quoniam thesaurum Ecclesie vel nominatum vel indicatum sive in Scripturis Sacris, sive in Patrum monumentis, sed duntur at in Scholasticorum nugis, & nouissimis Papistarum bullis. Siccine posita lex est, ut quicquid conjecturis suis diuinabunt male feriati homines, aduersus id nulla cuiquam superlit exceptio? At, quicunque fideles sunt, opponent Dei verbum. Satisfactiones suas Daud: Da veniam, Rex maxime idem & Propheta, balbutienti in gratiam Papistarum, quorum tibi idiomata nulla fuere cognita, tu certe satisfactiones tuas nullas apud Deum numerabas, sed tamen afflictiones tuas dixisti esse in thesauro Dei. Psalm. 55. *Migrationes meas numerasti, pone lacrymas meas in vtre tuo: nonne in libro tuo sunt?*

IV. O, exclamabit Panigarolla, siccine abiici, & superiuacaneas esse satisfactiones Christi? siccine rem tam puram, tantamque, vento dissipari, & euanscere? Obruantur lapidibus, qui sic loquuntur impie.

V. *H*e<sup>ps</sup>, inquam, o bone, facilius enim disputationes pacata ratio componit, quam immodesti clamores absoluunt. Ergone tibi semel certum, quicquid non applicatur, id abire in ventos, id dissipari, id abiici? Ergo, tu: tu ipse, inquam, impius, tu ipse lapidib. obruendus, qui dicas satisfactiones Christi, rem illam pretiosissimam, rem tantam, satisfactiones, in quam, Christi in ventos abite, dissipari, abiici. Quid enim? Nonne tuum est, Christum vim habere satisfaciendi pro toto hoc mundo, & aliis mille, si tor extarent, qui tamen pro vno tantum sufficienter satisficerit? Alij etiam ex-actius, vnam guttulam sanguinis, vnam sudoris eius guttulam ei rei futu-ram fuisse sitis. Ergone vides, necessario concludi, futurum, ut magna pars satisfactionis Christi in ventos abeat? Nunquam enim, puto, infiniti mundi redimendi sunt. Et si vna guttula sufficit, quis vsus esse potest profluuij? Hunc tu mihi nodum dissoluit, si potes, tum ego tuis clamoribus facile satisfa-ciam.

VI. Secundo, negatur minor. Clare dico, nullæ omnino sunt, fuerant, satisfactiones Christi non applicatæ, non sanguinis, non sudoris, non gutta, non guttula, non profluum, quoconque aut modo, aut sensu intelligatur, intelligive queat Christi satisfactio. Itaque, si vera est Papistarum imaginatio, nullas satisfactiones iam applicatas pertinere ad thefaurum Ecclesiæ: secure pronuntio, satisfactiones Christi nullas omnino pertinere ad eum thefaurum.

VII. Sed vna, inquit, gutta sufficiebat mille mundis. Imo peregrinam ~~λεπτογίαν~~ peperit Scholasticorum inceptia. Nunquam Scriptura docuit, mundum redempsum guttam. Non debebant homines modesti ~~κρυφαγίας~~ inuehere in Ecclesiam. Nobis tamen certum, *vnius Christi sanguine* potuisse redimi quantumcumque hominum, aut fuit, aut futurum est, et iam in mille mundis.

VIII. At non fuerunt actu omnes redempti , qui fuerint ; neque redi-  
mendi , qui futuri in hoc vno mundo . Ne hoc quidem controverti potest ,  
quod experientia , quod præter experientiam , Verbum Dei certo certius testa-  
tur . Ergo addunt , non omnis Christi sanguis est applicatus . Ast hoc ego ne-  
go , & fallissimum pronuntio . Dico potius , si unus omnino ex omnibus he-  
minibus esset redemptus , totum sanguinem Christi fuisse applicatum : to-  
tum , inquam , non guttulam unam , sed profluuum . Dico amplius , neminem  
vnumquacum fuisse redemptum minore pretio . Id mysterium vel excæcati noi-  
viderunt , vel malitiosi dissimularunt Papistæ ; ut suas satisfactiones stabili-  
rent , suos thesauros , suas indulgentias , sua somnia , quæ fundamenta desti-  
nabant sua animarum nundinationi .

I X. Sane qua Scriptura sanguini, eadem morti redemptionem salutemque assignauit. Ad Roman. 5. Reconciliati sumus Deo per mortem Filij eius. Ad Colosens. 1. Reconciliavit nos in corpore carnis sua per mortem. Quæ vestra hic cogitatio est, Sophiste? An guttas, guttulas comminiscemini etiam mortis? An particula quapiam mortis, quempiam redemptum, alia alios? Quod si absurdio absurdius est, mortis ~~re~~<sup>re</sup> ~~ux~~<sup>ux</sup> cogitare: ergo tota morte redemptus est, vniuersus mundus, & eadem tota morte Paulus. Cur absurdius, toto sanguine? Imo cur non absurdum tota quidem morte, at non nisi vnicâ sanguinis guttula? Nam ad mortem non vna guttula fatis, sed opus fuit totum profluuium.

X. Quid si vrgcam illud, ad Hebr. 2. Cuius vim vereor, ut non satis aduerterint interpretes, qui reddi-  
cent, *Vt beneficio Dei pro omnibus gustaret mortem.* Non enim Graece est  
plurali voce, sed singulari : itaque malim pro uno-  
quoque, quam pro omnibus. Quanquam pro omnibus verum, sed distri-  
butiue, & *ad eum a n x i o*. Nec quomodo donarium militibus imperator,  
multi aeris omnibus, exigui singulis, sed quomodo Sol lucem eandem omni-  
bus pro singulis præbet, & sic quidē, ut & si non vntantur cæci, tamen nihil su-  
perficit, vnde nullus thesaurus cumulari queat.

XI. Sed res fit manifesta ex Eucharistia celebratione, apud Lucam 22. Hoc poculum est nouum illud Testamentum in sanguine meo, qui pro vobis effunditur. Matth. 26. Bibite ex eo omnes: Hoc est enim sanguis meus noui illius testamenti, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum. Bibi vult sanguinem, à quibus scilicet ab iis pro quibus funditur. An bibi per partes? Imtotum, quod nec Papistæ negant, totum ergo bibi à singulis, totum ergo pro singulis effusum, non totum pro omnibus, guttatum pro singulis. Quis ergo audeat negare, totum applicari singulis? Certe in altero signo corporis eadem ratio, totum à singulis, nec multiplicatum in omnibus, atque ita multis mundis sufficiens, & que cum sanguine. Et tamen corporis, quis thesauros sumniauit?

XI. Quo magis rem reputo, hoc magis absurditatem commenti subit admirari. Esto sane, non tantum infiniti valoris, non modo totus sanguis, sed quilibet guttula. Sunto non omnes guttæ; ac proinde nec sanguis totus applicatus. Quid est consequens? Nempe hoc, ut etiam indulgentiarum thesauri culparum remissione feruiat, non tantum, inquam, peccatum temporalium, sed etiam culparum, atque adeo peccatarum æternarum. Quæ causa, inquies: Eadem, inquam, quæ tibi. Nam sanguinis illæ guttulæ pretij fuere infiniti ad redimendos à culpa, redimendos à peccata mille mundorum animas. Et tamen non omnibus, vel huius vnius mundi animabus, sed huius vnius mundi paucis prorsus animabus remittitur æterna peccata. Itaque superefluentes oporet esse satisfactiones C H R I S T i pro culpa, pro æterna peccata. Hascine in ærem dissipari? hascine euanscere? hascine abiici? Et non obrui lapidibus Sophistas, qui huic incommodo non prouisum ierunt?

C A P. XIII.

## *De satisfactionibus Sanctorum.*

I. Procedant nunc Sanctorum satisfactiones. His idem syllogismus est profundamento. Quæcunque satisfactiones non fuerunt applicatae, exdem cumulantur in thesaurum Ecclesiae. At Sanctorum multæ satisfactiones non fuerunt applicatae. Ergo multæ Sanctorum satisfactiones cumulantur in thesaurum Ecclesiae. Et probandæ maiori cadam ratio, ne inutilis pereat res tanta,

II. Minorem probant. Quicunque plura patiuntur in hac vita, quam necesse sit expiandis suis peccatis, eorum satisfactiones ipsis non applicantur. At multi Sancti plura patiuntur, quam necesse habeat expiandis suis peccatis. Ergo multorum Sanctorum satisfactiones eis non applicantur. Formauit Bellarminus indicauit, *Affirimus, inquit, non paucos sanctos homines, mullo plura propter Deum, & iustitiam esse perppersos, quam exigeret reatus persona temporalis, cui fuerunt obnoxii, propter culpas ab ipsis commissas.* Assumptum probant exemplis, Mariae Virginis, Joannis Baptistae, Prophetatum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, & Eremitarum.

III. At nos quo tandem fato nati sumus, quos oporteat his tantis viris,  
& nihil nisi oracula ruetantibus, esse importunos? Sed siue id fatum est, siue  
quid præterea, negamus primo maiorem prioris syllogismi. Causa negan-  
di non ea tantum, quæ in præcedenti capite, sed hæc in super peculiaris San-  
ctorum satisfactionibus, si satisfactiones sunt villa Sanctorum. Quia nim-  
rum in theatro Ecclesiæ, si thesaurus hæc syllus est, illæ satisfactiones fu-  
turæ sint inutiles. Non est autem, puto, minus absurdum in Ecclesiæ, quam  
in natura, quicquam frustra fieri, & intra thesaurum nulli vsui esse, quam  
fortuito de dissipatus abire in ventos; quodammodo intotefabilius est, quia v-  
na cum eis perit etiam thesauri conficiendi tam cauta prouidentia, & tam a-  
stuta subtilitas. Futuras inutiles, res ipsa clamat, quia omnium Sanctorum  
satisfactionibus priores sunt Christi satisfactiones, & haec quidem infinitæ,  
ac sufficietes omnibus seruandis, quoteunque aut sint, aut futuri sint, ym-  
quam, ipsis adeo profidentibus Papistis. Quid si haec sufficiunt, cui usui esse  
possunt aliae? Nisi forte æquum sit, illas Christi potius missas fieri, & has ad-  
hiberi, quod si fit, rufus cui usui futurae sint satisfactiones Christi, quis do-  
cebit? Quid prodest autem nobis tanquam spectrum obicere inutilitatis  
incommodum?

incommodum, quæ ne hoc quidem commento tollitur? Certe, si vitanda inutilitatis causa, inuentus est is thesaurus, ergo in eum thesaurum nihil admittitur futurum inutile. Atqui hæ Sanctorum satisfactiones futurae sunt inutiles. Conclusio ergo certa, has Sanctorum satisfactiones non admitti in eum thesaurum.

V. Scilicet consulendus erit Gregorius de Valentia, qui doceat, Christi passionem non sine medio aliquo applicari, & prodeesse. Itaque, fructum Christi passionis, quoad pœnae temporalis remissionem, prouenire tanquam per media quædam, aut per satisfactionem propriam, aut per satisfactionem alienam.

V. Intelligo, introducuntur in thesaurum satisfactiones Sanctorum, non propter se, sed propter satisfactiones Christi, ut his subseruant, subseruant autem non ipsa satisfaciendo, sed præstanto, ut, qui satisfecit pro nobis sufficienter, satisfaciat etiam efficienter. Esto. Sed, cur ergo tam pertinaciter satisfactiones appellantur? Nam id eis, si bene memini, magno consensu inditum nomen est, nec nomen duntaxat inditum: sed etiam res altera. Soto pronuntiabat, *Non tantum pro suis quisque culpis, sed pro alienis satisfacere de condigno.* Panigarolla exclaimabat: *O vescovi, hic est rectigalis solvendi modus, quem scilicet quipiam pro vobis soluit.* De Turrecremata: *Non potest debite & discrete dimitti pœna pro peccatis iniuncta, nisi fiat recompensatio per alterum, qui plus debito facit.* Ista mihi & alia plurima videntur eam vim habere, ut satisfactionis nomen inditum sit, non *rectius*, quia non ipsa efficiat, at solum faciat ut Christus efficiat, verum, proprie & directe. Sed istorum hominum tam lubrica anguilla sunt, ut quam maxime putes tenete, effugiant tamen, atque id efficiant, ut quod dixerunt, non dixerint. Si iurarint lingua, tamen iniuriam mentem gerunt. Verum tamen ita ludentibus, quid obstat, quominus satisfactione sit Baptismus, fides satisfactione: satisfactione deinde ipsa contritio? Nam & in confessio est, per Baptismum, per fidem applicari satisfactiones Christi, & contritionem illi concedunt interdum tantam esse, ut absoluat, non à culpa tantum, sed etiam ab omni pœna. Sic illis voces nil nisi lufus erunt.

VI. Rursum, nego minorem eiusdem primi syllogismi. Nego, inquam, villas Sanctorum satisfactiones abiisse non applicatas. Primo enim, Sanctorum satisfactiones omnino nullas esse, quo sensu satisfactiones aduersarij definiuntur. Disputatum est enim, neq; proprias villas esse, neq; alienas.

VII. Secundo, quicquid id est in fidelibus, cui satisfactionis nomen inditum est à Papistis, omne dico suisse applicatum, & plenissime, atque adeo ultra iustam mensuram compensatum. Sic enim est Dei misericordia. Nam iustitia, etiæ sevère puniat, tamen semper citra grauitatem peccati. At misericordia remunerans, non tantum reddit non debita, sed etiam ultra proportionem. Ad Roma. 8. *Statuo minime esse paria, qua præseni tempore perpetimur, futura gloria in nobis retegenda.* Postea ad Corinth. 4. *Momentanea levitas operis nostræ excellenter aeternum pondus gloria conficit nobis.*

VIII. In confirmatione minoris, distinguo pœnas peccatorum remissorum, vel imputatorum. Si peccatorum pœnas imputatorum dicant Sophisti, negatur absurdum. Nam quia omnia sunt peccata mortalia, nemo potest inquam plura pati, quam necessarium sit expiandi pœnis, non enim possunt haec pœnae expiari, quocunque tandem modo id accipias. Itaque, ne Papista quidem horum satisfactiones villas aut nominarunt, aut collegerunt in villum thesaurum: multo minus aptas putarunt suis indulgentiis. Neque vero fideles sunt in hoc ordine, quia his nulla imputantur peccata, cum omnia sint condonata in Christo.

IX. Si ergo de peccatis agant condonatis, conceditur sane minor, nec erat, quod eam confirmarent exemplis aliquor selectis, qui poterant à nobis auferre gratis vniuersale axioma: Omnes fideles plura pati in hac vita, quam necesse sit expiandis eorum peccatis. Etenim cum expiata peccata sint omnium fidelium, quid necesse esset auctum agere? Iterum expiare, quod iam expiatum est? Quare, nobis negatur maior. Nam alioquin oportet quocunque patientur fideles quicunque, ea illis nullis applicari, ideoque referri in thesaurum omnia, quod etiam Papistis absurdum. Atque adeo, cui bono? Plura enim quisque patitur, quam necesse sit, non tantum suis, sed etiam omnibus omnium peccatis expiandis. Quare non tantum eis qui patientur, sed ne villis quidem omnino hominibus applicarentur.

## C A P. XIV.

## De operibus, qua meritoris, qua satisfactionis.

I. Verum quod dixi, nihil esse passionum quod non fuerit Sanctis applicatum, id auditum iampridem ex Francisco de Maironis, Durando, atque aliis, quibus etiæ valde corruptis ex sui seculi stupidâ ignorantia, tamen haec luminis scintilla remanserat. Id, inquam, eludere conari sunt posteriores Sophistæ, fabricata commodum distinctione, quam nunc omnes subseruant indulgentiis, tanquam iustum fundamentum. Eam nos examinemus in Bellarmino, à quo fuse tractatam habemus lib. 1. c. 2.

II. *In bonis, inquit, actionibus hominum iustorum duplex valor, sive premium, assurgunt potest, meriti videlicet, & satisfactionis.* Quia igitur meritorie, agnoscunt omnes, nihil applicari posse aliis. Et plenissime, atque adeo ultra condignum omnibus meritis suam esse mercedem apud Deum. Sed satisfactionibus, id est, iisdem operibus quatenus satisfactiones sunt, negant semper plenam mercedem dari, nisi applicentur alienis. At Catholici & meritorum negant, nec satisfactionis quicquam possunt audire. Illi probant, primo testibus Scripturis, post, suis rationibus. E Scripturis exempla colligit Bellarminus, eleemosynæ, ieiunij, orationis, operum, penitentia.

III. Eleemosyna, inquit, deler peccatum, quod est satisfactionem esse: Tob. 4. *Eleemosyna ob omni peccato, & à morte liberat.* Ecclesiast. 3. *Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum.* Chrysost. homil. 25. in Acta: *Non est peccatum, quod non possit purgari eleemosyna.* Cyprian. sermon. de eleemosyna: *Eleemosyna atq; operibus iustis, delictorum flamma sopitur.* Etiamen eadem eleemosyna, quia est opus bonum, & Deo gratum, meritoria est vita æternæ. Matth. 25. *Percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi, sicut enim, & deistis mihi manducare.* Hic primus impetus Bellarmini, cuius summa in hunc concluditur syllogismus. Quocunque bona opera & deler peccatum, & merentur vitam æternam, ea simili sunt & meritoria, &

satisfactiones. Ast eleemosyna, & deler peccata, & merentur vitam æternam.

IV. Respondeo: primum negari, eleemosynam esse meritoriam vita æternæ, quæ de re actum suo loco, atque ideo hic ipse locus Matthæ explicatus est, ut non sit opus actum agere.

V. Secundo, quia satisfactiones pro peccatis, non aliter hie usurpat, quam pro compensandis pœnis peccatorum, & quidem temporalibus, nego, eleemosynam esse satisfactionem, etiæ concedam delere peccatum. Falsum est enim, quæcunque delent peccatum, eadem satisfactione pœnis peccati. Certe Papistæ, etiæ absurdè illi, utcunque concedant, Christi mortem delere peccata, tamen pertinaciter negant, satisfactione pœnis omnibus peccati. Nobis, si liberet in hunc modum insanire, cur non licet itidem de bonis operibus concludere?

VI. At nobis non illa, sed hæc iustior ratio, quod duobus modis deleri peccata dicantur alias redimendo, alias immutando. Prior modo concedimus, quæcunque delent peccatum, eadem satisfactione pœnis peccati, & sic veras satisfactiones esse Christi. Sed negamus, villam eleemosynam sic delere peccata, quia id priuilegium est duntaxat meritorum Christi.

VII. Altero autem modo, concedimus eleemosynam, imo non hanc tantum, sed omnes omnino virtutes Christianas delere peccata. Sed negamus, quæ sic delent peccata, esse pœnarum peccatis debitum satisfactiones. Delent enim, mutando ipsum hominis animam ab habitu prauo in bonum, ut qui crudelis erit in fratres, fiat benignus, & liberalis. Sic fides ipsa, quam tamen nemo Papistarius dixit inquam satisfactionem, deler peccata, quia ipsa bonus est habitus, unde reliqui omnes manant. Sic verum est, eleemosynam liberare ab omni peccato, extinguere peccatum, sopireflammam peccati, ipsum, inquam, peccatum, flammarumque ipsum, que in unoquoque astutat, & carenus etiam pœnas peccati, quatenus ablata causa, tollitur effectum, sed non satisfaciendo. Quia qui hoc modo satisfaciunt pœnis, nihil agit in ipsum peccatum proprie, sed primo, & directe in pœnas, ac quod satisfacit illo modo, non agit primo, & directe in pœnas, sed in ipsa peccata, secundario autem, & indirecte in pœnas.

VIII. Tertio: nego concludi quod erat in thesi, oportuit enim Bellarminum probare, non tantum meritoriam, & satisfactionem esse eleemosynam, & quidem simili, sed etiam posse separari, sic enim ille totidem verbis: *Et unum horum ab altero se iungi posse.* Quod sane indulgentia est necessarium, quandoquidem pro certo habent, neminem mereti pro alio, sed tantum satisfactione, unde certum, quæcunque inducuntur in thesaurum, nullam habere rationem meritorum. Itaque, si non possunt merita separari à satisfactionibus, conclusio erit necessaria, nullis satisfactionibus thesaurum crescere.

IX. Jejunium, inquit, vere est satisfactionem, quia pœnale, ut per ipsum est ex facto Niuiutarum, Jonæ vii. & tamen est meritorium, si fiat ex caritate. Matth. 6. *Tu autem quum jejunas, vnde caput tuum, & faciem tuam laua, ne videaris hominibus jejunans, sed Patri tuo qui est in abscondito, & Pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi.* Quid reddet nisi mercedem? Syllogismus. Quicquid est pœnale, & cui redditur merces, idem est & meritorium, & satisfactionem. At jejunium est pœnale, & ei redditur merces. Ergo meritorium & satisfactionem.

X. Respondeo: primum, idem hic vitium esse, quod nos in praecedenti argumento obseruauimus ultimo loco, non concludi, ieiunij satisfactionem separari posse à merito. Secundo, nego, cuicunque merces redditur, id esse meritorium, cum sit quædam merces ex gratia, ut alias disputauimus. Tertio, pœnale distinguo, vel proprie, pro eo quod sit pœna praecedentis peccati, vel Papistica elegantiæ, pro laborioso. Hoc posteriori, nego, quicquid sit pœnale, id est satisfactionem, non enim labor idem est quod pœna, & potest aliquis labor esse, absque illo praecedente peccato. Altero modo, nego, ieiunium est pœnale, nulla enim pœna proprie imponitur ab ipso peccatore, sed à iudice, nulla, inquam, pœna est arbitria: at ieiunium arbitrium. Neque vero inquam Scriptura, ieiunium appellavit pœnam. Neque verum, ex Niuiutarum historia constare, aut pœnam esse, aut satisfactionem pro pœna, sed tantum, Niuiitis pœnitentibus, condonatum fuisse à Deo.

XI. Idem de oratione dici potest, inquit. Nam in oratione Dominica petitum, ut dimittantur nobis debita nostra, atq; hac petitione satisfacimus pro peccatis venialibus, & S. Augustinus affirmit in Enchirid. cap. 71. *De quotidiani, breviis, leuiibusque peccatis, sine quibus haec vita non ducitur, quotidiana fidelium oratio satisfacit.* Et tamen de ead. oratione Dominus Matth. 6. *Tu autem quum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, ora Patrem tuum in abscondito, & Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.*

XII. Respondeo, ut prius, non probari, satisfactionem in oratione, separari à merito. Non probari, orationem esse meritum, quandoquidem, reddere mercedem non ita significat. Non probari denique, orationem esse satisfactionem. Quid tum enim, si postulemus debita nobis condonari? An id ipsum est debitis satisfacere? Atqui ea debita continent culpam, continent pœnam æternam. Cur non ergo dicitis, satisficeri culpe, satisficeri pœnam æternam? At Augustinus dixit, inquis. *At tu, inquam, pollicitus eras Scripturas, & nunc pro illo Augustinum substituis.* Deinde, quid si Augustinus non dixerit? Primum enim, satisfaciendi vocabulum apud Veteres longe alia notatione usurpari docuimus. Et hic non dixit bonus ille pater, pro peccatorum pœnis satisfacere, que nostra quæstio est, sed, peccatis ipsiis. Imo fallor, non enim pro peccatis, sed de peccatis, hoc autem significat, non de peccatis satisfacere, quam phrasin nescio vtrum quisquam usurparit, sed quum de peccatorum condonatione agitur, tum distinguenda esse grauia criminis à leuis. Et in leuis quidem sufficere orationem, non satisfacere ipsius peccatis, sed sufficere querenti veniam, simplicem orationem, & quum in grauioribus, adhibendas esse eleemosynas, non ut satisfacere pœnis, sed vt ipsum peccatum deleatur.

XIII. Denique, de operibus pœnitentia, inquit, generatim, quod simili satisfactiones & meritoria esse possint, extat memorabilis sententia Cypriani in serm. de lapsis extremo, *Qui sic Deus fecerit, qui pœnitentia facit sui, qui pudore delicti, plus & virtutis, & fidei de ipso lapsus sui dolore conceperit, exauditus & adiutus à Domino, quam contristauerat nuper, latam faciet Ecclesiam;* eciam solam Dei veniam merebitur, sed coronam.

XIV. Imo satisfacere (nam de merito alias dicitum) Cypriano nō id quod meis aduersariis, sed quod saepè dixi, & prolixius, lib. præcedente, mutatio in melius,

## DE INDULGENTIIS.

140

meius, & virtutum oppositarum acquisitione, unde deletur peccatum. Testis ipse locus, in quo enī *ad pœnas sunt*, satisfacere Deo, & plus virtutis & fidei acquirere. Quod genus satisfactionis ab hoc sermone alienum est, cui *Cola pœnae sunt pro objecto*. Pater, quandoquidē satisfactionibus alienis nemo vñquam vel pilo amplius virtutis fideique acquisiuit. Quomodo enim mortui? Vno verbo *in utrūcunq; rem*: Satisfi*ciuntur* iustitiae diuinæ vel præcipienti, vel punienti. Satisfieri punienti voluntati Papistæ at Cyprianus, præcipienti: nam virtutem fidemque acquirere pertinet ad præcepta virtutum.

XV. Rursus dixit Cyprianus: qui sic satisficerit, non solum veniam meretur, sed etiam coronam. Coronam quidem non dubitant Papistæ ad meritum pertinere. Veniam ad satisfactionem. Esto. Sed quam, inquam, veniam? Culpa, & pœna æternæ, an pœna temporalis? Quid si ego prius contendam: Et vero ita memini docere in libro præcedenti. Nec habent adversarij unde conuincant mentitum. Ego contra dico, rotam Cypriani damnationem habere pro scopo eam veniam. Paulo prius hæc fuerunt verba: *Si prece in toto corde quis faciat si veris penitentia lamentationibus & lacrymis ingemiscat si ad veniam delicii sui (audin' veniam peccarum?) Dominum iustus & continuus operibus inflectat misereri talium potest, qui & misericordiam suam protulit, dicens Cum conuersus ingemuerit, tunc saluaberis, & scies ubi fueris. Et iterum. Nolo mortem morientis, dicit Dominus, quantum ut revertatur & vivat. Veniam ergo Cyprianus nominabat mortis, veniam pœna æternæ, ergo & satisfactionem eiusdem: quam nullam statuunt Papistæ: ni mirum quia satisfactionem aliter definiunt.*

XVI. Praeterea, rursus deficit Bellarminus: nec docet, Cypriano teste separari posse meritum & satisfactionem, quod si non facit, nihil facit, & perit illi suis thesauri, que illi sunt aræ, qui foci. Nec vero fieri potest, ut doceat vñquam ita Cypriano visum, aut alienas satisfactiones in meatem venisse. Nam, quod hoc loco legitur, *Potest in acceptum referre, quicquid pro talibus & petierint Martyres, & fecerint Sacerdotes, neq; ausus est quisquam satisfactiones alienas interpretari, & res ipsa temeritatem conuicerit, si quis sit ausus.* Nam æque dicit, in acceptum referri quia Sacerdotes fecerint, & quia Mattyres petierint. Atqui non sunt satisfactiones, ea quia Sacerdotes penitentibus faciunt. Ergo, in acceptum ferre, Cypriano non significat acceptationem satisfactionis.

XVII. Nunc audiamus rationes ex Theologia petitas, ita enim polletur Sophista noster. Principio, inquit, opus bonum ex caritate factum, meritorium est vita æternæ. At nihil detrahitur de bonitate, & dignitate eius operis, si acceptetur à Deo ad satisfactionem pro pœna. Igitur idem opus, meritorium, & satisfactionem erit.

XVIII. Euge, hoc scilicet est, virum esse. Nam credo in puerorum gratiam fictas, pietas leges esse, illius olim Logices, que Aristotele magistro, tam celebris fuit. Nam si hoc non sit, quid esse potest, quo delius potuerit Bellarminus sic argumentari? Quasi diceret, Omnis Jesuita est Sophista: at nihil detrahitur de dignitate Jesuitæ, si sit Cardinalis: Ergo omnes Jesuita est Cardinalis. Atqui inquam, ut Phœnices, sic, non nisi singulos Jesuitas orbis vidi hactenus, & quidem hunc secundum. Quid ergo? Nempe, fallacem esse syllogismi formam dolebam reliqui omnes Ignatio nati. Doleant per me licer, dum ne indignentur, me irridere suum Bellarminum.

XIX. Pergit. Qui orat pro aliis, eisque impetrat remissionem peccati, vel quodvis aliud beneficium Dei, certe non minus bene operatur, & Deo placet ita orando, quam si pro se tantum oraret, imo melius facit, ac Deo magis placet, quia simus exercet caritatem in Deum, & in proximum. Igitur non perdit mercedem suam apud Deum, quamvis etiam proximo beneficium aliquod ipso opere impetrari. Quare, poterat eadem oratio simul esse impetratoria & meritoria. Quid si ita est, quid impedit, quo inquit possit esse simul satisfactionia & meritoria? Permituris formare Bellarmino: an confusione gaude? Si eadem oratio potest esse meritoria, simul & impetratoria, ergo etiam meritoria & satisfactionia. At prius verum, ergo & posterius.

XX. Respondeo: primum, negari assumptum. Nulla enim oratio est meritoria, fateor, esse opus bonum, fateor, non perdere mercedem suam apud Deum, nego tamen, esse meritoriam. Nam, quacunq; illa merces est, ea obtinetur orando; id est, impetrando, quare, non tantum impetratoria est oratio, quum obtinet beneficium aliquod fatri suo, sed etiam quum sibi. Sic, non tantum, Numer. 15. *Impetrabit q; ei veniam.* Sed etiam, 2. Samuel. 19. *Omne quod petieris a me impetrabis.* Esther quinto: *Etiam si dimidiapartem regni mei petieris, impetrabis.*

XXI. Rursus, nego consequiam. Profecto, si cogerer concedere, & meritoriam esse orationem, & impetratoriam, tamen nemo efficeret, ut Bellarmino concederem esse, & meritoriam, & satisfactionem, Quid obstat? inquit. Imo, quid cogit? quid saltum suadet: inquam. Nam, tu prius teneris probare, te verum dicere, quam ego, remittit. Quanquam mihi certa ratio, aliud esse impetrare, & satisfacere. Hæc etiam summa, quod impetratio nihil habet absurdum, & satisfactionem est impossibilis.

XXII. Enī tibi nunc dilemma vñroque petulcum cornu. Hinc certe: hinc victoria, aut nusquam. Si duo pī viri, etiam æquali caritate, & pietate orient, eleemosynas tribuant, & vñ remittatur pœna temporalis aliqua, cui erat obnoxius, alteri vero nulla, quia nullam soluendam habeat, parne hi sibi in æterna vita premium acquirunt, an diuersum? Si par: ergo opus bonum & meritorium simul & satisfactionem esse potest. Sin diuersum, igitur opus bonum, siue meritorium non integrum à Deo mercedem accipiet: nam, non potest tam parum detrahi de præmio vita æternæ, & augmenti gratia, quin sit multo pretiosius & maius, quam remissio cuiuscunq; pœnae temporalis. Est autem absurdum, opus bonum, & meritorium non accipere à Deo integrum mercedem. Igitur par præmium duo illi viri obtinebunt, etiam si alteri tantum pœna temporalis remittatur: nam alteri non remittitur, non quia non possit, sed quia non est necesse.

XXIII. Sed primum, quod postulat, ut ponam, nunquam obtinebit, vñ soluendam restare pœnam, alteri nullam. Nam, supposita remissione peccatorum, nego, ullam pœnam residuam esse. Itaque, somniabat Bellarminus, sibi apud suos cæca obedientia occupatos esse declamandum, non cum Catholicis disputandum. Inde, qui inter illos regnat, inter istos ridiculus est. Id primum peccatum.

XXIV. Secundo, ut hanc hypothesis tantisper gratificemur. Vel, in-

quit, præmium acquirant par, vel diuersum? Sed prius definitum oportuit quomodo acquirant, gratis, an ex merito. Nam, si ex merito, tum vero, vñtrumque dilemmatis membrum nōgo. Quia nōgo à Deo quicquam obtinet ex vi meriti. Quis enim prior dedit, vt restituatur ei? Sin autē gratis, potest cōcedi, interdum patrem, interdum diuisam, siue potius impariem obtineri mercedem, id est, alijs plus condonari, alijs minus. Sed, si patrem inquit, ergo idem opus meritorium, & satisfactionem. Negatur, inquam. Nam grata æque opponitur merito & satisfactioni. Sit impariem: Ergo, inquit, opus meritorium non accipiet integrum mercedem. Äque absurdum: nam, si ex merito, ergo non gratis. Atqui absurdum, opus meritorium non accipere integrum mercedem. Concedo, inquam, si opus sit aliquod meritorium, sed si nul-

lum? XXV. Enī tibi nunc postremum conatum: Vni, eidemque operi debetur merces duplex, ex iustitia commutativa, & distributiva. Atqui operi satisfactionis debetur remissio pœna ex commutativa, meritorio præmium, ex distributiva: Ergo vnum idemque opus simul satisfactionum esse potest, & meritorium. Probatur maior: quia euangelizanti debetur ex commutativa, victus & vestitus. Luc. 10. *Dignus est operarius mercede sua.* Prior, ad Corinth. 9. dixit Paulus, Dominum ordinasse, vt, qui Euangelium annuntiant, de Euangelio vivant. Atqui eidem euangelizanti debetur vita æterna secundum distributiuam, i. Petr. 5. *Pascite qui in vobis est gregem, & quum apparuerit Princeps pastorum, accipiet immarcessibilem gloriam coronam.* Probatur allusio. Nam, compensatio pœna pertinet ad commutativam. Deuteronomij vicesimo quinto, *Pro mensura peccati, erit & plagarum modus.* At meritis præmium debetur secundum distributionem: Matth. 25. parabolæ de talentis. Post. ad Timor. 4. *Reposita est mihi corona iustitia, quam reddes mihi Dominus in illa die iustus index.* Et Actor. 10. ad Roman. negatur, Deus esse acceptor personarum.

XXVI. Et quicquid futurum est, ut lucentur cum his non argumentis, sed argumentorum monstris? Quicquid nos Sophistæ suis exercebunt funiculis ex arena? Confidenter tamen, probatur maior, probatur minor, quicquam nulla major sit, nulla minor. Adeo lectors habent de ridiculo nugacissimi Sophistæ Rem indignam?

XXVII. Sed videamus tamen. Operi debetur merces, tum ex distributione iustitia, tum ex commutativa. Apud Deum, an apud hominem? Nam, de homine, nostra nihil interest. Sed apud Deum, negamus quicquam hominibus deberi ex iustitia, præter pœnas. Nam præmia non debentur proprie, & si quicquid modo deberi dicuntur, intelligendum ex gratia, cuius ratio alia quam iustitia. Nec contra probatur. Nam, euangelizanti deberi victum & vestitum, concedo, sed apud homines, & ita afferunt, qui loci sunt inducti. Euangelizanti, debitam vitam æternam, nego, sed promissam. Neq; enim verum, quicunq; accipit aliquid, id continuo accipere tanquam debitum. Sed id alias diximus.

XXVIII. Nunc: Atqui satisfactionis debetur remissio pœna ex commutativa, meritorio præmium, ex distributiva. Fator, inquam, si quod sit satisfactionum, si quod meritorium. Sed, quid si nullum? Nempe, hic deficit admiranda subtilitas, & maluit supponere, quam probare: Sic sapit. Et tamen video pecudis ingenium, compensationem pœnae pertinere ad commutativam, probat, quia statutum fuerit, ut pro mensura peccati, sit plagarum modulus, quasi compensatio pœnarum, esset plagarum modulus, aut vñquam iustitia villa admiserit pœnarum compensationem. De Pauli loco alias disputationem.

### C A P . XV.

Argumenta è Scripturis pro Indulgentiarum dispensatione.

I. Ergo φεστι δημαρχεῖ. Quid cius dispensatio? Deducenda in Anticyram, ut sanata redeat. Nam, quis furor est, disputare de iure dispensandi, id quod neque est, neque fuit, neque futurum est. Et disputant tamen Sophistæ. Tam facile, quam Pygmæis, & Acephalis, & Cynocephalis, & Scopodibus suas regiones in Cosmographia assignatas legimus.

II. Sequitur nunc, inquit, Bellarminus, capite tertio, ut ostendamus esse potestatem in Ecclesia, thesaurū eiusmodi applicandi aliis, qui indigent. Gregorius de Valentia, puncto secundo. Sequitur nunc secundum huius disputationis principale punctum, in quo propriæ directe probandum contra Sectarios est, exstante omnino in Ecclesia autoritatem conferendi indulgentiam hactenus à nobis descriptam. Nota, Proprie, & directe contra Sectarios. Et tamen Panigarolla, *Indulgentiarum dispensator Papane sit & Episcopi, suscipienda non est cum Calvinis disputatio, qui enim donum reiiciunt, de largiente solliciti non erunt.* Itaque vertit stylum ad suos Catholicos, ut persuadeat. Laudo iudicium in Franciscano, quam in Jesuitis exactius. Nec Jesuitarum tamen labore non examinabo, ne si cuiquam viderentur operæ pretium facere in afferenda dispensatione, concludat, si dispensatio sit, ergo thesaurum esse.

III. Primum omnibus argumentum, ex Matth. 16. *Tibi dabo claves regnū cœlorum, & quodcumq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlo. & quodcumq; solueris super terram, erit solutum in cœlo.* Matth. 18. Amen, Amen dico vobis, quacunq; ligaueris super terram, erunt ligati & in cœlo, & quicunque solueritis super terram, erunt soluti & in cœlo. Ioan. 20. *Quorum remiseritis peccata, remittentur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.* Inde sic arguunt, Omnis ratio remittendi peccata, committitur Petro. At distributione thesauri satisfactionum, est ratio remittendi peccata. Ergo distributione thesauri satisfactionum committitur Petro. Sic ego breuius, quod prolixius Gregorius de Valentia. Maiorem Bellarminus probat. Quod ea promissio sit amplissima, nec restringatur ad peccata, sed complectatur omnia vincula, quæ impedire possunt homines à consequtione salutis æternæ, aliter de Valentia.

IV. Respondeo. Primum, negatur maior. Nam remissio culpæ, item remissio omnis pœnae, est ratio aliqua remittendi peccata. Fatentur enim aduersarij, interdum tantum esse contritionem, vt inde plenaria obtineatur indulgentia. Sed nec negare possunt, quin paralytico, atq; aliis hoc modo gratia sit facta. Et tamen, ne ipsi quidem Papistæ aut si sunt ad hoc cōtendere, vñ Ecclesiæ commissam hanc fuisse potestatem. Quare constat, maiorē syllogismi non esse vñiversalem, ac proinde, non necessariam conclusionem.

V. Gre-

V. Gregorius de Valentia, visus est mederi huic vitio, quum non dixit simpliciter, omnem rationem, sed limitauit, rationem dicens, qua & Ecclesiæ fidet utile, & deceat bonitatem Dei, ad eiusque gloriam expedit. Sed reue- ra nulla haec limitatio est. Nam Deus in instituendis rebus, non tenetur vtilis legibus, immo efficit leges ipsas, nec quicquam instituit, quia suam gloriam promouer, sed contra, eo quia institutum est, gloriam eius promovet, nimirum, quia ipse induit eis eam vim & efficaciam. Præterea, quis habet causam, cur non efficit utile Ecclesiæ, & decens bonitatem Dei, expediensque ad eius gloriam? Exspecto audire.

V. Ad maioris confirmationem Bellarminianam, facilis responsio. Nam, culpa & reatus pœnæ æternæ, sunt inter vincula, quæ impedit posse sunt homines à cōsequuntione salutis. Et tamen excipiuntur ab hac promissione. Quare, falsum esse, amplissimam promissionem, id est, continere omnem rationem dimittendi peccata, et si non pugnam, quominus comprehendat omnia peccata.

VII. Secundo, nego assumptionem. Reuera enim distributio eius thesauri, nulla ratio est remittendi peccata: Nam si esset, ergo institutam oportet à Deo. At impenitentes homines suo commodo sunt commenti, partim diuitiis alienis inhabentes, partim ipsa impostura gaudentes. Quid: Deumne oportuit huiusmodi omnia somnia habere rata? Tum vero, aliud est pœna, aliud peccatum. Itaque, remissio peccati, non est remissio pœnae. At dispensatio huius thesauri, est remissio solius pœnae: non est igitur remissio peccati, de qua loquuntur omnes loci citati.

VIII. Nam, quod Bellarminus occupans, disparat duos primos locos Matthæi à tertio Joannis, negans in illis restringi promissionem ad peccata, sicut in isto, quod & Roffensis fuisit differit, accusans Lutherum confundentem: Id nos olim prolixè refutauimus, Tomi secundi libro undecimo, capite nono. Itaque unum notare nunc iubeo; Gregorium de Valentia in hoc ipso argumento omnibus his tribus locis yit, nuc notare vtilum discri- men.

IX. Atque haec tenuis primum argumentum. Subiicit alterum Gregorius, ex posterioris ad Corinthios secundo, quod Bellarminus maluit adscribere vti Ecclesiæ. Apostolus aperte significat accepisse l. à Christo potestatem, pœnam iudicio Dei debitam peccato, post dimissam culpam, condonandi, eiusdem Christi autoritatem, quod est re ipsa autoritatem accepisse conferendindulgentiam. Nam, de Corinthio incestuoso, qui iam remissionem culpæ per poenitentiam obtinuerat (vt Chrysostomus, & Theophylactus, & Commentarius Ambrosij, & alii in illū locum interpretantur, & ex ipsis Apostoli verbis colligitur) quum à Corinthiorum etiam Ecclesia dignus aliqua remissione & venia iudicaretur, intercessioque pro eo facta esset, sic Apostolus scribit, Cui aliquid donasti, & ego: nam, & ego quod donavi, si quod donavi, propter vos in persona Christi. Argumentum. Qui quis condonat pœnam iudicio Dei debitam ei qui per poenitentiam obtinuit remissionem culpæ, & condonat facta aliquius intercessione: is confert indulgentiam. At Paulus id fecit, ergo contulit indulgentiam.

X. Respondeo, pœnam iudicio Dei debitam condonari ei qui per poenitentiam obtinuit remissionem culpæ, dupliciter intelligi. Huius enim pœna debitu, vel præcedere remissionem culpæ, vel sequi. Clarius, remittitur pœna, vel quæ erat imposita ante poenitentiam, & la habita ratione peccata commissi, vel post poenitentiam, sicut Papistæ dicunt, pœnam illam priorem commutari in aliam, exempli gratia, æternam in purgatoriam. Nam, purgatoria non debetur peccato non remisso, sed æterna: at, post remissionem peccati, imponitur.

XI. Hoc posito, si pœna intelligatur debita ante remissionem culpæ, concedo minorem, sed maiorem nego. Nam, ipsi Papistæ ita nobis indulgentias descripsero, atq; adeo ipse de Valentia, Indulgentia est relaxatio pœnae temporalis, iudicio diuino peccatis actualibus post remissam culpam debitam. Similiter alii, vt recitauiimus capite secundo.

XII. Sin autem pœnam dicant debitam post remissionem culpæ, negatur assumptio. Re vera enim Paulus pœnam eam donavit, quæ huic incestuoso imposta erat, ante vllam poenitentiam. Nempe, ex illa sententia prioris ad Corinth. 5. Eiusmodi tradatur Satanæ ad interitum carnis. Probatur facile; primo, quia confessio, ac poenitenti nulla legitur imposita pœna, sed tantum peccanti. Secundo, Interpretatione testimonio. Anselmus, Nunc reuocat eum, quem Satanæ tradiderat, & Ecclesiæ membris associat. Thomas, Sufficit illi qui eiusmodi est, obiurgatio quo sit à pluribus, id est, tam manifesta, & dura correctio scilicet, quod separatus fuerit ab omni communione, id est, excommunicatus ab Ecclesiæ, & traditus Satanae, & habetur prioris ad Corinthios quinto. Justinianus Sibi prudenter Apostolus Corinthiorum animos demulcendos censuit, & ad lenitatem traducendos, vt, quemadmodum omnium suffragiis solum illum damnauerant: ita communis omnium consensus pœnam illi condonarent. Salmero, Censet Paulus pro poenitentia sufficere excommunicationem illam, & incarcerationem publice factam. Quid plura? Gregorius ipse, ipse, inquam, de Valentia, hoc ipso in argumento, Illam pœnam, aut partem illius pœne remisit tunc Apostolus, quam antea, prima ad Corinthios quinto, dixerat se nomine ac loco Christi ei homini constituisse.

XIII. Falsum est igitur, Paulum contulisse indulgentiam: Nam primo, haec nulla pœna erat imposta poenitenti. At Bellarminus disertis verbis, Quum in forma indulgentia palam exprimitur concedi remissionem poenitentia inuncta, non intelligitur concedi, nisi remissio eius poenitentia, quam Sacerdos in Sacramento confessionis iniunxit. Adde, atqui haec pœna non fuerat iniuncta in Sacramento Confessionis. Nulla igitur hic indulgentia fuit. Præterea: Nulla indulgentia pertinet ad excommunicationem. Bellarminus idem, Nec pœnas, quæ in foro externo, & contentioso, sive Ecclesiastico, sive seculari infliguntur, indulgentia tollere possunt. Atqui excommunicatione est pœna inflicta in foro contentioso. Rursus ergo, indulgentiam non contulit Paulus.

XIV. Disputant tamen contra, Bellarminus, Rogauerunt Corinthij B. Paulum, vt Theodoreterus & Thomas docent, vt incestuoso excommunicato, & seriam poenitentiam agenti cognosceret, & condonaret id quod supererat poenitentia: annuit Beatus Paulus, & iussit vt suo nomine indulgeret. Nec quicquam defuit eorum, quæ ad iustum indulgentiam pertinent, non autoritas in concedente: quia in persona Christi, non pietas in causa, quia propter Corinthios, non status gratia in suscipiente, quia dicitur incestuosus

Tom. III.

tantum de suo peccato dolorem concepisse, vt periculum esset, ne nimia tristitia absorberetur.

XV. Respondeo, falso ponit condonatum fuisse, quiequid supereret poenitentia, id est, pœna temporalis. Neminem enim id dixisse, non Theodoretum, non Thomam. Illius verba recole, Inquit autem id quod dicit, eos per beatos viros, Timotheum & Titum pro eo qui peccarat, rogasse. Alterius, Sæc. enim vos remisisti alicui, & rogauisse me, quod ego remitterem, & ego remisi. Et hoc est quod dicit, cui autem aliquid donasti vos, & ego scilicet donavi. Haec illi, afferentes, rogauisse Corinthios pro incestuoso, & rogauisse, vt dimitraretur ei, sed, vt dimitteretur poenitentia, & multo magis quod supererat poenitentia, nemo dixit eorum, &, si quis nunc ausus est ridicule, absurde, stulte dixit, non enim dicitur, poenitentia remitti, apud bonos autores, sed apud Scholasticorum quisquiliis. Dicitur remitti, aut peccatum, aut pœna, puta, hoc loco excommunicatio. Sed poenitentia neque peccatum est, neque excommunicatio.

XVI. Enimvero, quid illud est, quod supererat poenitentia? Lorichius dicit, Apostolus Paulus incestuoso Corinthio, quem Satana tradiderat, aliquid de iniuncta poenitentia condonauit. Gregorius de Valentia, Illam pœnam, aut partem illius pœna remisit tunc Apostolus. Scilicet, Apostolum existimat in peccatis μαρτυρεῖσθαι ἀπόκονται, & comminuisse in frustula pœnas, atque ex iis alia donasse, alia minime. Sed, incepti homines, quid cogitabant? Excommunicationem fuisse concedunt omnes, cui autem fuerat unquam auditum, excommunicationem communiciunt in particulas: Et non totam hauiisse, qui vel diem unum excommunicatus manuisset? Et sane excommunicationem ad tempus praefixum nondum, puto, natus est, qui commentus sit.

XVII. Sola illam, sola circumscriptis poenitentia. Non illa Papistica, pœnarum nugas definita, sed altera Christiana, quæ indignata peccatis præteritis, festinat ad conuersationem ad Deum, amoremque virtutis. Ambrosius in hæc Pauli, Afflictio homini peccati propriæ causa subuenire precipit, quia poenitentia si de vero animo est, hoc est, si correptus statim in animo doleat, protinus habet fructum. Deniq; in Regnorum libro habetur, quia Achab, cum arguisset, eum Propheta, commotus animo statim meruit veniam. Et David in causa Vridi Ethri correptus, quia cognovit se peccasse, delictum eius deletum est. Ita & Apostolus illum qui incestum commiserat, habens uxorem patris, obiurgatum, & abiectum, dolentem renouari iubet. Itaque verum est, donata fuisse pœnam, sed falsum, aliquid pœna, sive quod supererat, tota enim adhuc supererat, tota est donata.

XVIII. Nunc nihil est difficile. Nihil, inquit Bellarminus, defuit eorum quæ indulgentia adesse debent. Quasi, inquam, nihil præter autoritatem dantis, pietatem cauæ, statuta peccatoris, desideretur ad perficiendam indulgentiam, & non vel præcipue oporteat ad eis pœnam temporalem post remissionem culpæ. Alioquin, quid crit, quominus Baptismus fit indulgentia? Nam, baptizandos saltē adultos oportet credere, ita enim responderentur. Estne autem qui credit, nulla accepta gratia? Sic leuiculus erat in arguento Bellarminus.

XIX. De Valentia, si non solidior, saltem prolixior. Probat, pœnam tunc remissam, fuisse debitam apud Deum, non apud Ecclesiam tantum. Primo, quod ea fuerit, quam antea nomine ac loco Christi se constituerat Paulus dicere. Secundo, quia eius pœna finis erat; vt illius hominis spiritus saluus fieret in die Domini: quo ipso significatur, eam pœnam, vel aliam eius loco debuisse secundum iudicium Dei luere illum Corinthum. Tertio, quod eam condonare se dixerit in persona Christi: vnde sequitur, debitam fuisse iudicio Christi. Quarto, quod ea condonatio fuerit ex autoritate, quam donauit Christus Apostolis, & eorum successoribus, à qua Veteres probant contra Nouatianos, esse in Ecclesiæ potestatem remittendi peccata post Baptismum.

XX. Respondeo, frustra sudare Jesuitam probantem, id quod non est in quæstione. Hęc enim argumenta conficiunt, Paulum remisisse peccatum apud Deum. Atho non debuit negari, quia diserta sunt Christi verba, Quicquid solueritis in terra, erit solutum in celis. Itaque, nemini dubitandum, quin efficax sit ministerium apud Deum in hac remissione. Sed non sequitur, indulgentias esse. Nam, hæc remissio ipsius est culpe, ipsarumque æternarum pœnarum, ad quas nondum tanta fuit indulgentiarum impudentia, vt veller se porrigeare.

XXI. Ettamen, ne id quidem quod non negamus, Gregorij argumenta enin. Quis enim nescit, nomine Christi opus esse ad pœnas Ecclesiasticas, & præcipue ex communicationem, infligendas? Quæ tamen ad forum Dei non pertinent proprie. Quis neget ex communicationis inem esse; vt excommunicatus saluus fiat? Quis ausit ex communicationem, aut vllam omnino Ecclesiastica pœnam tollere, nisi in nomine Christi. Denique, ipsi Papistæ concedunt, vñueram Ecclesiastici fori iurisdictionem inniti autoritati, quara dedit Dominus Apostolis, eorumq; successoribus.

XXII. Tertio, Latonius obiicie, Matth. 24. Quis putas, est fidelis servus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, vt det illi in tempore tritici mensuram? Auratus, Ex tam immenso thesauro indulgentias largiri à Pontificibus & Prelatis Ecclesiæ ostendit etiam ex Paulo, Et I. ad Corinth. 4. Sic nos exhibemus homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Et 10. Dispensatio mihi credita est. Summus ergo Pontifex generaliter hunc thesaurem spiritualem potest dispensare.

XXIII. Verum, Panigolla solutionem nobis digito indicat. Qui, postquam negauit, nobiscum ineundam esse disputationem de dispensatione indulgentiarum: Sed in Ecclesiæ, inquit, in qua recipiuntur indulgentias, nemo ambiget, quin Papa & Episcopis earum sit permissa dispensatio. Tum subiicit locum illum ex I. ad Corinth. Manifesta mens est. Nullam his testimoniis vim esse, nisi potis prius indulgentis. Quomodo quid non dici potest? Næ, si mihi persuasum esset, per Ecclesiasticum ministerium, adimi regna, imo, adimi vitam regibus, tum mihi his ipsis locis tanquam certissimis demonstrationibus, facile persuadeant Jesuitæ, Apostolos ius habuisse iubendi reges promiscue occidi, & licere Jesuitis, tanti, tam sacri ministerij promptoribus esse. Sed quamdiu nihil certius apud me, quam eas sacras esse personas, tum frustra excusat mihi Paparum sceleras. Exspecto ergo Sophi- stæ, dum nobis suis argumentis persuaserint indulgentiarum thesaurem. Alioquin nihil sperent præter sibilos.

## C A P. XVI.

Papistarum ratiuscula, pro dispensat one Indulgenterum.

I. Pluribus illi quidem Scripturarum testimonis abuti poterant: Sed puto, credo, prohibuit, bono quadam fato. Rationes nunc examinemus.

II. Primam exhibeo Bellarminus, sed postremo loco, ducentam à simili. In omni bene instituta Rep. pertinet ad Principem, & ad magistratum dispensatio communium bonorum, & admirare satisfactionem viuis pro altero, si ita iudicent expedire utilitati eiusdem Reip. Ut, exempli gratia, Si Princeps debeat stipendia multa militibus, & rursum habeat in carceribus multos, qui ob fraudes fisci rationibus illatas debent poenam luere, vel in pecunia, vel in corpore, si forte milites illi ex direptis ciuitatis locuplerati, stipendiis non egeant, eaque Reipub. condonent pro arbitrio Principis eroganda, certe poterit Princeps ob utilitatem aliquam Reipub. ex militaribus illis stipendia fisco suo, pro debitis miserorum, qui carceribus detinentur, satisfacere, & miseros illos absoluere. At, certum est, Episcopos, principes esse populi Christiani, & Romanum Pontificem in viuenda Ecclesia, loco Christi summum magistratum gerere, nec minus certum, extare in Ecclesia thesaurum satisfactionum, ex passionibus Christi, & Sanctorum, quo ipsi non egerint, & in communem fidelium utilitatem erogari desiderant, denique certum, multos esse fidèles homines, & Dei filios, amicosque, qui tamen reatu poenae temporalis adhuc tenentur obstricti. Cur igitur non poterunt Episcopi, ac potissimum Papa, si rationabilis causa sublit, ex thesauro illo pro debitoribus satisfacere Deo, & nomine ipsius Dei eandem satisfactionem pro debitoribus illis acceptare, atque ea ratione indulgentias illis dare, eaque à reatu poenae temporalis absoluere?

III. Longam fabulam recensuit Calliopus, plaudite, & vos demum persuasos fatemini, & quicunque ita estis natu, ut magnifico verborum cetero mōeāmīnī. Quid enim aliud superest ad plenum Sophistē triumphū? Sed nobis paulo constantioribus, an pertinaciōribus? solemne est *ad nūtūrū*, & Sophistārum magniloquentiam suspetare, ut, quia tam saepe fallunt, vix eriam, cum vera dicunt, fidem commodeamus, ne dum adoremus non verisimilia. Hunc vero Sophistam videmus magnā diligentia argumentum adorans; curasque ut membra membris, articuli articulis diligenter responderent, adeo ut nihil sit elegantius, sed quae spes decipiendi foret, si materiae infirmitatem ars nulla suppleret?

IV. Breuius respondeo, quam ille proposuerit: neque *ad nūtūrū* verisimilis est: neque *ad nūtūrū* non falsa. Quid dici potuit ad refutandum breuius, sed potentius? Similitudines scio non necessario esse veras: sed, qui ne verisimiles quidem puraerint, nondum intentus quisquam. Deberi posse militibus multa stipendia, non nego: haberi posse in vinculis non paucos, concedo, & milites ex direptis ciuitatis locupletari, non est impossibile. Sed, non habere etiam sic ditatos, stipendiis opus, sed condonare fisco ea stipendia milites, quando visum? quando auditum? Quānam etas tantum portentum tulit? Euolunt annales suos Bellarminus, & exemplum proferat. Sed isti videbunt contemplatiū viri, res omnes didicerunt abstrahere à sua materia, & inde crux etiam quid futurum sit, si nihil futurum sit.

V. Sed rursus, potest Princeps ex iis pecuniis in fisca redactis, satisfacere pro iis qui in fisca peccarunt. Et hoc rursus abstractionis commentum est, non ab ullo vnuquā rerum vnu, aut exemplo. Et quicunque sunt, non contemplatiū, sed sani, dixerint longe aliter fieri, si eos velit Princeps vinculis liberare in empe, plenam indulgentiam dari, & pronuntiare Principem se gratis & culpam & poenam condonare: quomodo non dubitamus in Ecclesia fieri. Vel certe si nolit vnuersam poenam: at certe leuiores impone, quam pro meritis, sed eas, vel corpore, vel aere proprio lucendas, non ex fisco. Quid ergo? Nempe, hæc artificissima *ad nūtūrū* infelicissimum est commentum hominis nec acuti, & *ad nūtūrū*.

VI. Quid *ad nūtūrū*? Nempe, hæc reponit quicquid haec tenus disputatum fuit: & Papam sumnum esse Ecclesiæ principem: & extare in Ecclesia fisca, id est, thesaurum meritorum, & Sanctos velle sua merita in alios erogari, & esse Dei filios amicosque, quibus sint poena pendet. Et hæc quidem tam certa, quam si nunquam audisset refutata. At nos, quanto ille certius repetit, tanto potentius irridemus. Vnum obiter in omnibus, uno saltem non quadrare similitudinem, quod filios, amicos Dei, comparetiis, qui sunt apud Principem in vinculis. Nisi hæc etiam contemplationis abstractio sit, & quidem vehementissima, quæ dicat, eos amicos Principis, quos Princeps detineat in vinculis. Nouum sane genus amicitia, & dignum abstractiorum ingeniorum experimento. Rursus peccat *ad nūtūrū*, quæ procuratorem Principis, Principi comparat. Atqui, si id Principis ius sit, ut ex ariano soluat debita priuatorum, non etiam procuratoris erit. At Ecclesia non ipsa Princeps est, sed Principis ministra.

VII. Secunda ratio est item apud Bellarminus, à testimonii reuelationum & miraculorum. Bernardus predicauit multis in locis indulgentias, & prædicationem sicut miraculis plurimis ac maximis confirmauit, teste vita eius fideliter descripta, lib. 3. cap. 4. & initio lib. 2. de consideratione, ad Eugenium. Franciscus diuina reuelatione indulgentiam à Domino, & eius Vicario obtinuit pro Ecclesia S. Mariae de Angelis. Brigitta, cuius reuelationes diligenter examinatae, & approbatæ per viros sanctissimos fuerunt, ab ipso Christo non seneca admonita est deindulgentiis, quæ sunt Romæ.

VIII. Magnum argumentum: Papistici regni Helepolis, cuius vi, quid est quod se expugnatur non sperent? Nam, & potenter mouere solent reuelationes, miraculaque, & reuelationum, miraculorumque tantam habent in promptu copiam, tum Veterum, tum etiam quotidie recentium, ut non vereantur ne se hic thesaurus magis deficiat, quam indulgentiarum, & hoc quidem meliore conditione, quod indulgentia vnu, percurent, semel enim applicata sunt inutiles, ut apud medicos emplastra, sed miracula, sed reuelationes vetustatem ferunt, ut merito dici possit, horum thesaurum semper cumulari, neque ex eo quicquam auferi. Denique, postrema Christianitatis tempora, si compares primis illis Christi, Apostolorumque annis, dicas prædictis nulla olim miracula fuisse. Gofridus certe in Bernardi vita, ei miracula tanta tribuit, quanta numerare, nedum narrare difficile fuerit, imo scribi cœpisse, sed Scriptorem numerositate deterritum. De Francisco quid opus dicere? Et miretur quis magnam in hoc argumento spem posuisse Papistas?

IX. Sed Catholici iam pridem persuasissimum habent, à nullis frequentius, magnificentiusve miracula iactari, quam ab impostoribus. Itaque, repertum illud ex Deuter. 13. *Si surrexerit in medio tui propheta, aut qui somnium vidisse dicat, & prædixerit signum atq; portentum, & euenerit, quod loquutus est, & dixerit, Eamus, & sequam̄s Deos alienos, quos ignoras, & seruamus eis, non audies verba Propheta illius, aut somniorum: Et uno verbo, longe plus faciunt vel vnum apicem Scripture, quam reuelationum, miraculorumque plaustra.*

X. De Bernardo tamen non videtur verum, prædicasse indulgentias. Neque Eugenium tertium vñquam lego, concessisse, sed apud plurimos compari, serio hortatum esse Christianos ad expeditionem in tertiam sanctam. Gofridus ille autor vite Bernardi, tantum dixit, *Cuius Epistole*, quam scilicet Eugenius scribebat, tenor fuit, *ut in pénitentiam, & remissionem peccatorum iter arriperent, aut liberaturi fratres, aut suas pro illis animas posituri.* Vbi, et si videam pénitentiam, & remissionem peccatorum, tamen indulgentias neque audio, neque video. Nam, & Sacerdotes quique in pénitentiam, inque remissionem peccatorum semper imponunt aliquid poenarum suis confessis, nec tamen indulgentias conferunt. Et cur non potuit Eugenius persuadere id ipsum opus militia, quam sacram putabat, cessurum illis in remissionem, tanquam propriam satisfactionem?

XI. Tertio mihi loco constitueretur argumentum à praxi & vnu Ecclesiæ Catholicæ perpetuo, inquit Bellarminus, Gregorius autem, antiquissimo. *Quod enim, inquit Bellarminus, Ecclesia semper in vnu habuit, dubitacionis potest, quin sit à Deo, etiam forte si fundamentum eius consuetudinis nos lateret. Et contra vnum (inquit de Valentia) Catholicæ Ecclesiæ disputatione, insolentissimam insaniam esse affirmat merito D. Augustinus, Epistola centesima decima octaua.*

XII. Iam perpetuum illum vnum Bellarminus repetit ab ipso Corinthio incepto. Haic subiicit Tercullianum, & Cyprianum. Post Concilia, Nicenum, primum, Ancyranum, Laodicenum, & Basilij Epistolas Canonicas apud Basileanum: Quarto loco Pontifices inde a Gregorio I. quanquam Gregorius exempla nulla repeatat altius quam ab Alexandro III. qui præfuit circa annum 1060. Sed hæc exempla post video.

XIII. Respondeo: Ecclesiæ Catholicæ nomen dupli maxime notione usurpatum fuisse, vna, ut quamlibet Ecclesiæ particularē significaret non hereticam, altera, ut vnuersum corpus omnium illarum particularium, quacunque fuerunt toto orbe ab ipsis Apostolis ad nostra usque tempora. Secundo, perpetuum etiam vel id quod ab illis Apostolorum temporibus deductum semper obseruatum, vel id quod à suis initis tantum ad nos usque nunquam interruptum est. Antiquissimum denique, vel quod ab iisdem temporibus primis, vel quod etiā non ab iis, sed aliquanto post ceptum est, tamen aliquam multis seculis institutum est ante hæc postrema tempora.

XIV. Si in arguente vnu intelligitur Ecclesiæ Catholicæ secundo modo: & perpetuo, antiquissimumque priori, prolixe concedemus & institutio[n]is esse diuinæ, & contra disputatione, esse insolentissimæ audaciæ, neque enim persuadere nobis possumus, aut omnes ab ipsis initis Ecclesiæ aliter obseruasse, quam erat præceptum ab Apostolis, aut Apostolos ipsis præcepisse quicquam omnibus, id est, vnuersam Ecclesiæ, quod non sit diuinum. Quanquam non sequatur propterea, omnia semper eodem modo obseruanda, vt id quod de sanguine fuit, & suffocato, sed hoc certe nunc extra rem est.

XV. Sed ab axiomate si recedatur, variæ possunt exceptiones dari. Primum, si Ecclesia, non vnuersalis toto orbe nominetur, sed particularis, siue vnuius vrbis, siue vnius prouinciae, siue etiam multarum, negatur, omnia esse diuina, quæ prima, quæ antiquissima, vtriusque notione sumas. Praejudicium habemus vehemens in Synodo Nicena; vbi ritus Quartadecimanorum, qui apud Orientales erat perpetuus ab ipso Apostolorum tempore, antiquatus fuit, & Catholicæ existimabantur posse aduersus eum impune disputationi. Et tamen huic nos exceptioni nunc libenter renuntiabimus, & admittendum concedemus, si quid tale in indulgentiis fuerit, vel vna in Ecclesia, siue prouincie, siue vrbis, siue pagi institutum ab Apostolis.

XVI. Deinde, si Ecclesia toto orbe nominetur, sed mos primus & antiquissimus tantum posteriori notione, id est, aliquot siue seculis, siue annis institutus post Apostolos, negabimus constanter hunc esse diuinum, aut nihil aduersus disputationem. Neque vero Augustinum timemus aduersarium, cuius verba nimium negligenter Sophistæ relegunt: *Illa que non scripta, sed tradita custodimur, inquit, que quidem toto terrarum orbe obseruantur, dantur intelligi ab ipsis Apostolis, vel plenariis Concilii, quorum est in Ecclesia saluberrima auctoritas, commendata atq; statuta retineri.* Vbi vides distinguiri originem, vel ab Apostolis, vel à Conciliis. At, quæ à Conciliis, non parem ei quæ ab Apostolis, alibi ostendit, quum docet ipsa plenaria Concilia priora posse à posterioribus emendari, de Baptismo contra Donatistas, lib. 2. c. 3.

XVII. Hæc vero, *Si quid horum tota per orbem frequentat Ecclesia, hoc quin ita faciendum sit, disputare, insolentissima insaniesit, fateor esse duriora, si nullam interpretatio, restrictioq; adhiberi posset. Sed absit, ut vnuersaliter sonare quisquam credat. Imo illud, Si quid horum, attendendum, quo significatur id terum genus, quales erant, quæ tunc in questione proponebantur, mere indifferentes, cuiusmodi feriæ erant, oblationum frequentationes, & ieiuniorum, quæ solius disciplinae sunt.*

XVIII. Denique, si Ecclesia nominetur particularis, & primus antiquissimusque mos, qui tamen non ab initio, tum vero ne ipsis quidem aduersarios spero tam pertinentes futuros, ut eum diuinum dicant, & nulla disputatione solicitudinem.

XIX. His ita constitutis ad indulgentias venio. Et has primum nego vnuquam fuisse in vnu vnuersa per orbem Ecclesiæ: sed tantum ad hunc Occidentis angulum in Romanis Ecclesiis, Græcis enim neque vocem, neque rem vnuquam ad hunc usque diem fuisse cognitam, nedum usurpatam. Neque hoc difficile probata: quandoquidem ne diligentissimi quidem Sophistæ, nullum potuerint in eam partem testimonium citare. Nam, quæ Concilia nominavit Bellarminus, Nicenum & Ancyranum, quem etiam Basilium, ea nihil ad rem, ut postea dicam.

XX. Secundo dico, ne in Occidente quidem indulgentiarum vnum, aut primum, aut antiquissimum fuisse. Testibus probo, tum rationibus. Testes ipsi Papistæ, qui nominati capite secundo. Rossensis dixit, earum vnum videi recentiorem, & admodum sero repertum apud Christianos: Caietanus,

nudus

nullas Scripturas Sacras, nullam doctorum Græcorum, Latinorumve autoritatem, cum ad nostram deduxisse memoriam, sed solum à trecentis annis scriptum esse, B. Gregorio non nihil esse factitatum huiusmodi.

XXI. Ratio mihi prima. Indulgentiarum nullus vñs est, nisi posito Purgatorio, teste illo ipso Roffensi, & ipsa experientia Papistarum. Itaque, eo non posito, Indulgentias nullas fuisse necesse est. At Purgatorium sero cogitatum, seruus creditū est, ergo neq; indulgentias, nisi sero, potuit cognoscere orbis Christianus. Significauit Roffensi: *Quandiu nulla fuerat de Purgatorio cura, nemo quiescens in aliis: nam ex illo pendet omnis indulgentiarum existimatio. Si tollas Purgatorium, quæ sum indulgentias opus erit? His enim si nullum fuerit Purgatorium nihil indulgentias.* Cōtemplantes igitur aliquandiu Purgatorium incognitum fuisse, deinde, quibusdam pedentem in partim ex reuelationibus, partim ex Scripturis fuisse creditū, atq; ita tādem generatim eius fidem ab orthodoxa Ecclesia fuisse recepiissimā, faciliter ratione aliquam indulgentiarum intelligimus. Cum igitur Purgatorium tam sero cognitum, ac receptum Ecclesia fuerit vniuersa, quis iam de indulgentiis mirari potest, quod in principio nascentis Ecclesia nullus fuerit eam vñsus?

XXII. Altera ratio, quæcunq; in longo perpetuoque sunt, fuerunt, vñ Ecclesiæ, ea pridem constituta sunt, & certa, acrata. At, indulgentiarum nulla pene capita certa sunt, aut rata. Ergo non fuerunt in longo, in perpetuoq; vñ Ecclesiæ. Maior nō confirmanda, nisi ipsa experientia, in reliquo omnib; religionis Christianæ mysteriis, quorum initia repetita sunt ab ipsis Apostolis. Nullu enim proferri omnino potest in oppositū. Et vero etiam in aliis rebus, quæ nō sunt à diuina autoritate, ita solerter perpetuus vñs efficere, vt, quæ primo obscura erant, sicut tandem cognita. Minor vero patet, ex disputationib; ipsorum inter se Papistarū, quarum capita notata sunt priori parte huius libri, quæ, si quis enumeraret, cōficiet facile, nullum omnino dari posse tam exiguum membrum, quod vtramque contradictionis partē non suscipiat. Quid plura? Audi Polygranum, *Fateor rem sane difficultim de his quippiam definire, tum quod non satis dilucide Scripturis constent, tum quoq; quia & ipsa hominum opiniones parum conueniant.* Durandum, *De indulgentiis pauca dici possunt per certitudinem.* Caietanum, *De ortu Indulgentiarum si certitudo haberi posset, veritati indaganda opem ferret.* Adrian. Florent. de utilitate *Vetus querela, sed adhuc fatis dubia.*

XXIII. Sed opposita argumenta videamus. De Corinthio incesto non est, quod iterum laboremus, in cuius histrio ostensum est nihil prorsus simile esse indulgentiarum nugis. Prudentior Bellarmine Justinian. fuit, in 2. post. ad Corinth. *Hinc manasse ferunt vñsum Ecclesiasticarum indulgentiarū, que alias remissiones, relaxations, & condonations appellantur.* Non nego. Non enim dixit indulgentiā fuisse, sed inde vñsum manasse indulgentiarum, scilicet, quomodo humani ingenii à bonis initiis dégenerare solet in peruersas consequentias. Sic ab vñctione agrororum Apostolica, manasse scimus Extremam Vñctionem Papistarum, sic à Confessione publica peccatorum, confessionem auricularē, sic ab Eucharistia Missam, sic deniq; omnia falsa ab aliquo vero. Athenagoras olim librum de Resurrectione ordiebat, *Πατέρι δὲ γνωστὸν εἰ τούτους αὐλανθεῖς ισχόφων τῷ λόγῳ, Οmnib; dogmatibus & rationibus, quæ ab harum rerum veritate pendent & fulciuntur, aliquid falsi adnascerit & adhærescit. οὐδὲ φίλοι τοῦτον εἰς τὸν κακομηνὸν πονοῦσιν, οὐδὲ φίλοι τοῦτον εἰς τὸν ἀγαθὸν εἰσάγοντες, αὐτὸν τὸν εὐθετοὺς πονοῦσιν, οὐδὲ φίλοι τοῦτον εἰς τὸν ἀγαθὸν εἰσάγοντες. Adnascerit autem, non ex origine & naturali ducturorum, aut ex causis substantia, sed ex studio eorum, qui adulterinam sementem ad corumpendam veritatem in pretio & veneratione habent.*

XXIV. Hoc igitur omisso, reliqua videamus. Tertulliano, Cyprianoq; primus est locus, apud Bellarmino. Post Apostolorum tempora, inquit, exstant testimonia Tertulliani & Cypriani de remissione pœnæ, quam Pontifices faciebant, vel ad martyrum intercessionem, vel aliis de causis. Tum testimonia recitat, quæ nihil necessit̄ est hic loci reperere, ex capite decimo.

XXV. Sed primum attende, nullum hic argumentum esse vñs vniuersalis in Ecclesia, vt antea notauius, verum particularis tantum consuetudinis in Africa. Quis enim credat, si per vniuersum orbem celebris fuisse, nullis aliis testib; probatū iri, quam vñus eiusdemq; virbis vno presbytero, altero Episcopo?

XXVI. Secundo, quicunq; tandem is vñs fuerit, nego quicquam habere commune cum iis indulgentiis, de quib; quæstio est. Primum enim, Omnis indulgentia sit ex thesauro Ecclesiæ, vt prolixè definitum est à Papistis. Athic nullus eiusmodi thesaurus fuit. Ergo ne indulgentia quidē. Probatur assumptum, quia is thesaurus constat ex superfluis satisfactionibus. Hic autem nullæ sunt eiusmodi. Hoc probatur, quia superflue sunt, quæ neq; autoribus suis vñiles, & q; ab iisdem cuiquam applicatae. Hic vero, si quæ satisfactionum ratio habeatur, & ea non poterant dici aut suis autoribus non vñiles, qui adhuc in viuis erant, aut nō applicatae, quia ipsi autores applicabant, partim certis quibusdam amicis, quod Cyprianus non improbabat, partim indiscretæ, quod ille concquerere non poterat. Manifestum ergo, nullas indulgentias fuisse.

XXVII. Quid: quod neq; satisfactionum mentio vlla, aut apud Tertullianum, aut apud Cyprianum, sed tātum desiderij, petitionis, promissionis, vantea obseruauimus? Videt Bellarmine, & occupauit. Non refert, inquit, quod Pontifices illi non dicent, se ex thesauro satisfactionum indulgentias dare: nam, neq; in Baptismo, vel pœnitentiæ Sacramento dicebant se applicare merita Christi, & tamen sine dubio applicabant: Sed hæc elusio est. Nam, Baptismi institutio ipsa id habet, facta in nomine Christi. Itaque, et si non audirentur hæc verba tot idem syllabis, in singularib; Baptismi celebrationibus: at ea tamen cōstabant ex perpetua doctrina Baptismi. Hic vero, non querimur, Cyprianum, exempli gratia, non expressissime illam thesauri applicationem, cum huic illive indulgentiam concederet. Sed generalius dicimus, nullo prorsus loco aut Tertullianum, aut Cyprianum, à quibus solis habemus quicquid huius rei fuit, earum satisfactioniū, cuiusvñs thesauri vñlum indicium reliquisse.

XXVIII. Opponit Bellarmine Tertullianum: ex coque colligi posse, Episcopos dare solitos indulgentiam ad preces martyrum, non solum, vt martyres honorarent, & ad consummandum martyrium accenderent, sed etiam, quia viderent merita martyrum posse cōmunicari pœnitentiis, & acceptari corum passiones pro satisfactione. Nempe, quia de pudicitia, capite vigefimo secundo, cum negaret id ipsum quod libro ad martyras concescerat, rationem adferat, quia non superfint martyribus satisfactiones, quas cum lapsis communicare possint. Et verba recitat, *Sufficiat martyri propria delicta purgasse. Ingrati vel superbi est, in aliis quoq; spargere, quod pro magno fuerit consequitus.* Et post, *Si peccator es, quomodo oleum facula tua sufficeret & tibi, & mihi poterit?*

XXIX. Atqui primo, mutatis cōsentientiam Tertullianum, non facile probat Bellarmine. Ego contra potius, ne tum quidem cum non esset hæreticus,

Tom. III.

valde probasse hunc morem pacis dāndā à martyribus, conficio ex libro ad Martyras, *Quam pacem quidam in Ecclesia non habentes, à martyribus in carcere exorare conqueuerunt. & ideo eam etiam propterea in vobis habere, & fouere, & custodire debet, ut, si forte, & alius praestare possit: nam hæc phrasis, si forte, Tertulliano frequens, cum quid nou probat, quod tamen interim nolit disputare. De anima, cap. 26. Decebat, si forte, sine anima nasci. Aduerlus Marcion. lib. 4. ca. 10. Talem, si forte, Castori aut Herculi nativitatem tradunt fabula. De fuga, cap. 2. Habere videtur Diabolus propriam tam potestatem, si forte, in eos qui ad Deum non pertinent. Exempla sunt multa alia. Itaque, Tertullianus non ipse suo sensu dixerit, pacem à martyribus præstari, sed ostenderit potius, quod vulgo esset persuasum, nec ipse tamen valde probaret.*

XXX. Deinde, consequentia nulla vis est, si iis argumentis Tertullianus impugnauit, ergo ea argumenta fuisse Catholicis persuasa. Nam, quis nescit solere fāpō obici etiam quæ vtrinq; in confessio esse cōstat. Exempli gratia, in hac ipsa controværia, cumulum satisfactionum humanarum impugnamus nos, quia Christi satisfactiones sunt perfectæ. An quia Papistæ imperfectas afferant? Nos vnum Mediætorem Christum obiūcimus Sanctorum intercessionibus; an Papistæ vt has afferant, illud negant? Similiter dico, Tertullianus hanc pacis dāndā cōsuerudit neq; oppugnat, argumento apud Catholicos certo, non posse aliorū satisfactiones, alii communicari. Itaque, Bellarinus sophistice concludit.

XXXI. Rursus, non fuisse indulgentias probbo. Nullæ indulgentiae restituunt pacem Ecclesiæ. At martyres illi dabant pacem Ecclesiæ: Ergo martyres non dabant indulgentias. Probatur maior, quia, dare pacem Ecclesiæ, est tollere pœnam impositam in foro externo Ecclesiastico, vbi puniuntur delinquētes, quod ad forum pœnitentiæ non pertinet. At Papistæ concedunt per indulgentias non tolli pœnas impositas in externo Ecclesiæ foro. Certum est ergo, nō dare pacem Ecclesiæ. Minor autem patet, ex ipsis verbis Tertulliani, tum Cypriani.

XXXII. Præterea. Nullus est indulgentiarum vñs nisi propter pœnas apud Deum debitas. Athi martyres, ino neq; Episcopi vllas tunc remittent apud Deum debitas pœnas. Ergo, neq; villas dabant indulgentias. Patet maior, ex aduersariorū professione. Assumptum vero, quia neq; Tertullianus, neque Cyprianus, vlo indicio vllas huiusmodi pœnas designarunt, sed solum impositas ab Ecclesiæ, & quidem in foro externo.

XXXIII. Festiu argutatur Gr̄g. de Valentia. Si olim Prælati Ecclesiæ, extra Sacramentum, remiserunt pœnitentias alioquin iustas, quæ, vt Deo satisficeret, institutæ essent, idq; fecerunt ex quadam gratia erga pœnitentes, & cum ipsorum emolumento, omnino existimari debet. Prælatos olim pœnam iudicio diuino peccatis debitam, vel in totum, vel in partem remissiæ extra Sacramentum, atq; àdeo indulgentiam, quod ad rem ipam attinet, concessisse. At prius verum, Ergo posterius. Consequentiam probat, quoniā nisi remissiæ pœnam iudicio diuino debitam, quæ pœnitentias illis, quas relaxabant, fuisse redempta, nullam fecissent pœnitentibus ea re gratiam, sed potius eis attulissent magnum spirituale detrimentum: quandoquidem longe fuisse satius constitutas pœnitentias adimplere. Est autem argumentum celebre apud omnes Scholasticos, quibus periuasum fuit indulgentias longius porrigi, quam ad pœnæ impositas ab Ecclesiæ. Ponit autem in assumptione sibi esse tria probanda. Vnum: Prælatos pœnitentias iustas peccatis constitutas relaxare solitos. e- rum, eas pœnitentias fuisse constitutas vt satisficeret Deo, ne scilicet alioquin puniret, tertium, relaxasse ex quadam gratia erga pœnitentes.

XXXIV. Respondit in consequence, ex Papistarum doctrina, intelligendum esse, ita remitti pœnas Deo debitas, vt, qui peccarit nō teneatur Deo satisfacere. Itaque, nego consequentiam, ipso autore Cypriano, epist. 10. *Decipit miseros, vt, qui possunt agentes pœnitentiam veram, Deo Patri misericordi precibus & operibus suis satisfacere, seducantur, vt magis pereant.* Et post, *Ad communicationē admittuntur, & offertur nomen eorum, & nondum pœnitentia acta, nondum exomologis facta, nondum manu eis ab Episcopo & clero imposta, Eucharistia illis datur.* Et ii. Illi (Presbyteros intelligit) *contra Euangeliū legem, contra vestram quoq; honorificam petitionem, ante actam pœnitentiam, ante exomologis in grauissimi, atq; extremitati delictū factam, ante manu ab Episcopo & clero in pœnitentiam impositam, offerre lapsis pacem, & Eucharistiam dare audent.* Vbi notandum, & datam fuisse pacem à martyribus, & tamen conqueri Cyprianum, quod admissi fuerint ad pacem, ante peractam pœnitentiam veram, qua satisfacerent Deo: vnde manifestum est, persuasum fuisse Cypriano, non satisfactum fuisse Deo ab ipsis martyribus, & persuasum, non obstante ea martyrum indulgentia debere peccatores ipsos satisfacere.

XXXV. Sed & in antecedente sunt quæ desiderem. Primum, pœnitentias iustas relaxari solitas, non inueniet, puto, apud Cyprianum, sed pacem dari: nam, pœnitentiam contra requirebat absoluī, atq; id querebatur, quod nondum ea peracta pax daretur. Sed verum est tamen, si pœnitentiam Papistice intelligas, totum tempus quod pœnitentia definiuit erat, non tamen vllam pœnam quæ satisfaceret Deo, quam solam Papistæ somniant, & ipse Gregorius ponit in secundo, confundens distinctionē, vt facilius fallat. Nam, impositas eas pœnas, ne Deus puniret, concedere possum: Sed impositas, vt Deo per ipsas satisficeret, non potest ferri. Nam vñles illæ quidem erant, vt satisficeret Deo, id est, peccatorem disponebant ad satisfaciendum, ipsæ autem non satisfaciebant. Vñ seire quomodo? Cyprianus audi, epist. 20. *Recte sensisti circa impertiendam fratrib; nostris pacem, quam sibi ipsi vera pœnitentia, & Dominice & confessionis gloria reddiderunt, sermonib; suis iustificati, quib; se ante damnauerant.* Cum ergo abluerint omne delictum, & maculam primam, assistente sibi Domino, posteriore virtute deleuerint, iacere ultra sub Diabolo quasi prostrati non debent. Hoc erat nimurum satisfacere Deo, posteriore virtute priorem maculam cluere, & hoc cum erat factum, pœna illæ iudicabantur tollenda. Itaq; addit, *Atq; vñnam, sic & cateri post lapsum pœnitentes in statum pristinum reformatur, nunc urgentes & pacem temere, atq; importune &ctorquentes.* Nempe, indicans non fore eis denegandam pacem. Ergo per veram illam pœnitentiam, virtus noua acquirebatur: hac autem virtute Deo satisficerat, sicut alias expoſuit. Ad pœnitentiam autem excitat illa priuatio communionis, & sic non ipsa satisfaciebat, sed efficiebat, vt virtute satisficeret, quod valde alienum ab indulgentiis Papisticis.

XXXVI. Veruntamen, ait, nisi remissiæ pœnam iudicio diuino debitam, quæ pœnitentias illis fuisse redempta, nullam fecissent gratiam. Ita est, inquam, fed nullæ illæ pœnitentias erant, quib; pœna redimeretur, vt dixi, itaque, ponit Gregorius, quod probare non potest. Mittamus hoc igitur, & dicamus clariss., nisi remissiæ pœnam iudicio diuino debitā, nullam fecissent gratiam, sed tum, quæ necessitas cōsequenter erit? Népe, inquit, quia pœnitentias adimplere, quid tum? Nā, hoc se quitur dantaxat, non fuisse has pœnas Ecclesiasticas.

Zz z rela-

relaxandas, antequam remissa fuissent penæ diuinæ. Et ideo Cyprianus indignabatur, concessam fusse pacem iis qui poenitentia nondum Deo satisfecerant, siue postiore virtute priorem culpam diluerant. Volebat ergo, non martyres pro iis satis facere, non Prelatos, sed ipsos peccatores, & quisquis aliter faceret, eum dicebat decipere miserios.

**XXXVII.** Itaque, Epist. 11. cautos vult esse martyras in huiusmodi pace concedenda; Solicite, inquit. & cause petentium desideria ponderetis, ut pote amici Domini. & cum illo postmodum iudicaturi, inspicatis & actum, & opera, & merita singulorum. Sed & Epist. 26. Confessores describunt haec pace dignos: Eluenda sunt impio sacrificio manus inquinatae operibus horum, & nefario cibo ora misera polluta paenitentia sunt vera sermonibus expianda, & in secretis cordis nonnullandu*m*. & confectandu*m* est animus, crebri paenitentium genitius audientur, & iherum fideles ex oculis lacryma profundantur, ut illi ipso*n* u*ni*, qui mala simulacra confixerent, que illiusa commiserant, saufientibus Deo fieri beant. Summa est, iplos per se, non per martyres satisfacere oportuisse Deo, qui pace a martyribus data visuri essent. Haccine indulgentiam doctrina: *Pax u& u& d*.

X X X V I I I . Frustra ergo nobis obiciebantur Tertullianus & Cyprianus. Transe ad Concilia. Nicenum primum, canon. 11. statuit, ut, qui serio penitentiam agunt, possint indulgentiam aliquam ab Episcopo obtinere. *Licet*, inquit, *Episcopo de his at quid humanus cogitare, sed negligenter iubet definitum tempus expiere.* Similia habentur in Concilio Ancastrense, canon. 5. & Laodicense, canon. 2. Idem docet S. Basilius, in Epist. canonica apud Balsamonem, canon. 7.

**XXXIX.** Quid ergo? putabat Bellarminus sibi rem esse cum iis, qui seueritatem di-

X X X A. Quid ergo prorsus Bellarminus hoc in eis cum iis, qui reverentiam discipline, nulla inquam causa relaxandam putare? An vero indulgentiarum fvarum naturam oblitus est? His sane Canonib. nihil agituraliud, quam vt Ecclesiastica poenæ interdiu licet nonnihil cōdonare peccatoribus. Imo, quid hoc est, inquit Bellarminus, si nihil aliud indulgere? Plane inquam et non *panitia* solum. Quodnam dissenserit in-

X L. Alterum dicitur Indulgencia Papistica liberata a Purgatorio pro pessimi: at hi Cunctes Ecclesiasticas duntaxat relaxant, imo non ponens, relaxant, sed poenarum tempus contrahunt, nimilum, ut peccatores serio poenitentes ante tempus praefixum admitterentur ad communionem Ecclesie, unde exalubant. Hinc opponuntur in canone Niccepi, δικαιονείται, επιμέτρον φιλαθρόν οργή των αιτησάσδες. Et, ἐνώπιον τηγανεύοντας, In Ancyra, φιλαθρωπίας, & ημερας-  
σιδινούς ιτασι, Itaque, hanc indulgentia tota erat in temporis mensura: nimilum, pro disciplina ratione, qua definiabantur poenitentibus anni certi.

X L I. Haec tenus ergo nihil occurrit, quod indulgentias Papisticas redoleret. Ast, à tempore S. Gregorij, inquit Bellarminus, vsus indulgentiarum, usque adeo notus & peripiccius fuit, ut ne aduersarij quidem id negare, nisi omnino impudenter valeant. Ait tu, à tempore Gregorij: At nos contra temporibus Gregorij, & seculis aliquor post eum, qui in via fusile indulgentias Papisticas dicat, hanc dicimus pudoris omnes metas transisse. Vtra confidentior, vtra verior asseueratio? Confidentialiam mittamus, veritatem inquiramus.

X L I I I . S. Gregorium indulgentias in diebus stationum populo concessisse, testantur grauiissimi autores. Thomas, in 4 Sentent. & Guillelmus Antliodorensis.

X L I I I . Hui tam pauci testes? Atqui licebat longe plures. Sed breuiter respondeo, his testibus nullam esse fidem. Caetanum audi, De ortu indulgentiarum si certius haberi posse, veritati indaganda opem ferret, verum, quianulla Sacra Scriptura, nulla priscorum doctorum Graecorum, aut Latinorum autoritas scripta hunc ad nestram duxit notitiam, sed hoc salutem à trecentis anni scriptura commendatum est de vetustis Patribus, quod B. Gregorius indulgentias stationum instituit, ut in quartum sententiarum diu Thom a habetur. Nota. Primum, nihil de indulgentiis constare ex Scripturis. Nihil ex scriptis Patrum Graecorum aut Latinorum. Notajid plumbum de Gregorij stationibus sero tandem scriptum, & annis tantum trecentis ante Caetanum, id est, annis minimum quingentis post Gregorium Egregiam fidem! testes millesimos! & quibus deserte debeat, quantum Papistarum est in orbe. Excepto Caie-

tano, qui, nihil obstante Thomæ autoritate pronuntiauit, nondum certi qui eam haberi de indulgentiis.

X L I V . Inde Leonem III . Sergium iuniorem , Gregor . VIII . Alexand . III . nominatis  
tum Concilium Claramontanum , Lateranense geminum , Lundunense , Viennense , Con-  
stantinense , Tridentinum numerat , & finem facit nungandi , si tamen finem . Nam quid ad  
nos , si octingentis demum elapsis annis , noui quid industrum est in Ecclesiam ? Quid ad  
nos , si ab initio abierunt omnia in peius ? Quid ad nos denique , si postrema quaque  
tempora fuerunt audacissima ? Quanto salubiores e fontibus hantus sunt , tanto ex-  
tius ab Apostolis reperitur Ecclesiastica veritas . Sed apud Papistas perinde est , ex fonsi-  
bus habeant , an ex lacunis . Fruantur illi sane suis lacunis , nos nostris fontibus gau-  
deamus .

X L V . Postrema ratio Bellazzini , ab iis signis , ex quibus internoscuntur Catholica dogmata ab heresibus. Ergo Catholicorum, inquit, dogmatum hoc est proprium; ut non inueniatur eorum origo, nisi ad Euangeliū, vel Apóstolos ascendamus, hæresiū autem fieri per designari potest certius auctor, & locus, & tempus, in quo exoriri coherunt. Nam vero nullus haecenüs indicare potuit auctorem indulgentiarum, neque locum, vel tempus, quo prædicari coherint. Omnes enim, qui de indulgentiis mentionem faciunt, ita de iis loquuntur, vt de revisitata & recepta. Initium autem hæresis contra indulgentias notissimum est, constat enim, Valdenses primos fuisse, qui indulgentias oppugnauit.

X L VI. Merum iecut Theologis Papistica! Ignorari Catholicorum dogmatum originem haec tenet erat inauditi, & credo primum finxit se Bellarminum, & quidem ita tuis labori cōsulente, vt, neq; testimonio neq; argumento firmare dignatus sit. Putauit, credo, suam vnius autoritatem sufficere, iam tūm, cum hac scriberet, diuinatus se fore Cardinalem, vno tantum gradū distantem a summo folio, cui iura omnia sunt in scriptio penitentia. Beatus filius in iudicio Sufficiens. Sed mirantes personam, rem potius videamus.

X L V I I . Quid est, ignorari Originem, nisi ad Euangelium, & Apostolos deueniatur: An, cuius dogmatis autorem nullum certum nominare possis, id certe tribuendum esse auctoribus Apostolis. Est quidem tam male de veritate meritus Bellarminus, ut verius imliter in putari posse et tamen portentosum commetur. Sed vñcunq; fit, tam experientia contra est. Nam, degustaram in Baptismo lactis & mellis concordiam, quis primus auctor induxit? Quis tradidit Eucharistiam infantibus? Habeat Bellarminus ille, cui nihil videtur incognitum, nominare aliquem: Agebantur olim, inquit Sextus Senensis, Biblioth. lib. 6. annot. 152 ex Ecclesia insluita ad sepulcrum martyrum nocturna per vigilia, magna sacram Virginitatem, monachorum, ac secularium hominum frequentia. Scit' tu quo primo aure, Bellarmino: Et ista tamen nulla, puto, Apostolos auctoribus adscripturus es. Non est igitur hic sensus verus, aut ferendus.

**XLVIII.** An hic potius, quæ dogmata inueniantur nullis certis post Apostolos instituta temporibus, ut non gradatim altius licet ascendere, etates percurrente, & Ecclesiæ historiam reueluendo, donec in Apostolos definatur: Videbitur equidem aliquid clarius dici. Sed primum, volente Papistæ huic axiomaticæ stare: Ergo fateantur, eos, qui & legi Scripturas vulgato idiomate volunt, & qui plebi vtramque speciem porrigi, Catholica dogmata proferre. Nam, ne ipsi quidem quantumvis audacissimi, negent, nullam dari etatem post Apostolos, quæ prima dici possit instituisse, ut, non ante eam vsum patamat fuisse tam certo conferat, quam meridie Solem lucere. Caueant ergo posthac, nos etiam ob causam Nouatores appellare, si sapient.

L. Sed omnes, qui de indulgentiis mentionem faciunt, inquit, siue doctores sint, siue Pontifices, siue etiam Concilia, ita de iis loquuntur, ut de re visitata, & recepta. Quasi vero, inquam, non Cyprianus, cum rebaptizari vellet tinctos apud haereticos, non plenis buccis clamaret, ita semper obseruatum fuisse in Ecclesia. Quasi non Auxentius protestaret ita se eductum fuisse ab infantia, & baptizatum. Et, quid non illi ausi sint angustiatur mentiri, cum hodie audeant etiam Scripturas.

L. I. Sed Valdenses primi impugnauit. Forte, inquam. Quid tum autem: Nam, & A-  
iunus primus omnium impugnauit Alexander Alexandriæ. Nestorij blasphemis primis  
opposuit se Eusebius Rhetor, si fides Euagrio: primus etiam Eutychi contradixit, cum  
filius Episcopus Dorilæ. Hoccine argumento euiceris, Arij, Nestorij, Eutychis dogmata  
aesse Catholica, Alexandrum vero, & Eusebium haereticos alio modo, si sapias, dixeris potius  
aouitiis dogmatibus non potuisse antiquiores antagonistas opponi. Et nos similiter,  
utato, de indulgentiis pronuntiatiuros. Næ si incidisset in prima tempora Bonifacius  
ille VI. iubilæi parens, multo impudentius abutens suis indulgentiis, quam Lucianus  
pace, non permisisset impune Cyprianus abire, quo zelo hic erat in Ecclesiasticam  
iiciplinam.

*FINIS LIBRI VIGESIMI QVARTI.*

LIBER VIGESIMVSQVINTVS.  
DE STATV POST HANC VITAM.

# C A P V T I.

*DE AETERNA BEATITUDINE, SENTENTIA CATHOLICA.*

VINDECIM proximis libris prolixus labor fuit de partibus Reparationis humanae. Nunc multo brevior de eiusdem effectis, iis nempe, in quibus est eius finis proprius, quem omnes fatentur non posse obtineri in hac vita. Itaque, tota disputatio occupabit in statu vita futura, sive anima post mortem, non cuiuscunque ramen, sed redemptor precioso illo Christi sanguine, uno verbo, de Sanctorum beatitudine, quo fausto fine Tomus hic III. nostrarum Controversiarum claudendus est.

**II.** Catholicis persuasissimum redēptionis Christiān propriū effēctū atque ultimū, redundantem in redēmptōs, esse vitam aeternā, sive regnum cœlōrum, sive Paradisiū, omnibus enim iūs verbiū vnam eandemq; rem in Scripturis designari, cum scilicet statum, cum erēptōrum penitūs à peccato, peccatiātē omniaib. miseriis, translatiō erit in cœlos, ybi & videant Deum, & fruantur eo in aeternū, quæ summa estatq; ultima creatura beatitudō, quam non oculus vidit, non auris audiuit, ne mens quidem concepit villa. Etsi enim & describatur, & promittatur in Scripturis frequenter, tamen tam longe absunt, quæcunq; nostra res sunt, à quibus necesse fuit mutuari voces, vt infinitis paralangīs distet ea descriptio, à re ipsa tandem exhibenda.

111. Sed enim post hanc vitam geminus hominis status, unus, anima separatae a corpore, alter iterum unita, quandoquidem certissima spes est proposita resurrectionis, quem suam cuique carnem restituta est redintegratam, & a morte, atque sepulcro erexitam. Sed, quia id non nisi ultimo demum die, & in magno vniuersalique iudicio futurum, interea animam cuiusque necesse est seorsim a corpore degere. Neque in his quicquam est controvserium Catholicos inter & Papistas.

est controversum Catholicos inter & Papistas.

I V. Sed quæritur, quando redemptis constet ea, quam diximus, beatitudo, Catholici omnibus sententia: Redemptionem communem, tum animæ esse, tum corpori. Sed animæ quidem suam beatitudinem representari statim à separato corpore, ut vere & rapse füssatur apud Deum in Paradiso, in celo, in gloria. Sed corporis aliam esse rationem nulli enim frui sua beatitudine, donec restituatur suæ animæ, tandiu enim latere in puluere, detinerique à morte, quam primam vocat Scriptura, quandiu differtur resurrectio, sed hac peracta, tum denum, vraeque sui parte, corpore, inquam, & anima, totum hominem redemptum, futurum in æterna beatitate.

V. Hinc iam cum Papistis pugna, & quidem gemina, prior, aduersus calumnias rationis, posterior, contra hæreses. Neque enim patiuntur, vel ipsi sibi persuaderi omnes edemptos, statim à morte beatos esse, aut nos ita sentire, ut sumus confessi.

## C A P. II.

*Papistarum calumnia, de beatitudine Sanctorum.*

**P**rimam calumniam audiamus à Costero, in *Apologia 1. contra Gomarum, cap. 15.* segm. 31. *Vestri da vita aeterna detestandi errores sunt. Primo, Quod nemo prater Christum sum in cælis Dei vultum intueatur, non Virgo Deimater, non Latro, non Apostoli, non Martyres, deique nemo. Hen. que blasphemia noritas! Vigor. serm. 24. in *Symbolum*, *Calvinus in Institutio-sua docuit, temere affirmari, animas discedentium ab hoc mundo etiam in gratia, esse hodie in Pa-diso, & iam nunc habere vitam eternam. Nihil potuit impudentius fingi, nihil desperatius. iceres, cum audias, totidem esse nostra confessionis verba, rem esse omnibus cogni-  
m, neque ullis argumentis euincendam. Tanta his confidentia!**

II. Quid reliquos dicam? Nihil quidem illos humaniores, sed imprudentiores, qui, nam calumniam alij sua dignitate lusinere videbantur, quasi non dicturi, nisi magna ouisset causa, ut illi olim, *Si non effet hic maleficus, non tradidimus eum tibi*, Ioan. 18. dum pluri religiosiores videri, manifeste prodiderunt, indicatis causis. Id res ipsa probabit. accusauit quidem Bellarminus, cap. i. lib. de Beatitudine Sanctorum. Et Feuerdientius, heomachus lib. 10. c. 20. Sed hi obiter. At longe actius Beccanus, de Purgatorio Caluistarum, etiam argumentis disputans, sic docuisse Caluinum.

111. Beccanus igitur Iesuita, nouo quodam cōmēto exilaraturus, tum suam, tum orum melancholiā, ad quam sunt omnes Iesuitæ, si non facti, certe ex institutio[n]is formati, imaginatus est Purgatorium quoddam Caluinistarum. Sie enim, libris suis ineditis tam confidit quam potis est se suum obtenturum regem ridiculus suis, nisi fuerit, auctor[em] facturus, nouus Gelasimus. Sed ille igitur asserit ex sententia Calui, animas iustorum post hanc vitam in atrio, quod à cœlo remotum sit, non in ipso le somnari.

I. V. Est in atrio, probat duobus locis. Vno ex Psychopannychia, Nec minime esidenter  
adspicit.